

# **Landesbibliothek Oldenburg**

## **Digitalisierung von Drucken**

### **Friderici Iacobi Beyschlagii, Gymnasii, quod Halæ Suevorum est, Adiuncti, & ad ædem S. Mich. Archangeli Catechetæ extraordinarii, Sylloge Variorum Opusculorum**

(Programmatvm, Orationvm, Epistolarvm, Poematvm, Dissertationvm, Aliarvmqve Observationvm ... )

Fascicvlos I.II.III.IV.V. Ab Annis MDCC.XXVII.M.DCC.XXVIII.M.DCC.XXIX.  
Editos, Complexvs. Cvm Indice Triplici.

**Beyschlag, Friedrich Jakob**

**Halae Suevorum, M.DCC.XXIX**

Tomi I. Fascicvlvs III.

**urn:nbn:de:gbv:45:1-16134**



FRIDERICI IACOBI  
BEYSLAGII,  
GYMNASII, QVOD HALAE SVEVORVM  
EST, ADIVNCTI, ET AD AEDEM S. MICH.  
ARCHANGELI CATECHETAE  
EXTRAORDINARI, *1728*  
SYLLOGE VARIORVM  
OPVSCVLORVM,  
PROGRAMMATVM, ORATIONVM  
EPISTOLARVM, POEMATVM, DISSERTA-  
TIONVM, ALIARVMQVE OBSER-  
VATIONVM,  
QVAE VEL ANTE EDITA, OB RARITA-  
TEM, ALIASVE CAUSSAS, RECVDVNTVR,  
VEL ADHVC INEDITA, IN LUCEM PRO-  
FERVNTVR, VEL RECENS ELVCVBRATA  
CVM ORBE ERVDITO, IN QVALECVN-  
QVE REI LITERARIAE INCREMEN-  
TVM, COMMVNICANTVR.

TOMI I. FASCICVLVS III.

---

PROSTAT IN OFFICINA  
IOH. WILHELMI ROENNAGELII  
BIBLIOPOLAE NORIMBERGENSIS.

---

HALAE SVEVORVM,  
TYPIS GEORGII MICH. MAYERI.

M. DCC. XXVIII.

*Ex cell. Feuerlingo P.P.  
cum salute plurima  
misit Auctor.*



VIRO  
*Maxime Venerando , Excellentissimo  
Eruditissimoque ,*

IOANNI IACOBO  
PFIZERO,

Sacrarum Literarum Doctori ,  
earundemque antehac in patria Aca-  
demia Altorfina Professori Publico Ordi-  
nario , & divinorum oraculorum  
Præconi facundissimo ,

Iam in Perillustri Norimbergensium  
Republica ad D. Ægidii Sacrorum Antistiti,  
Gymnasiique contigui Inspectori  
Gravissimo ,

*Viro rara pietate , solida eruditione  
theologica , & insigni humanitate  
maxime conspicuo ,*



Tertium huncce  
Variorum Opusculorum  
Sylloges  
FASCICVLVM,

in gratissimi animi erga Præcepto-  
rem hunc suum in alma Altorfina quon-  
dam optime de se meritum,  
τεκμήριον certissimum,

simulque ut suam adversus eum  
observantiam etiamnum illibatam publice  
declaret, illiusque benevolentiam  
porro sibi expetat luculentam,

*cum apprecatione sincera novæ cum  
nuper cæpto feliciter anno gratiæ cælestis,  
ex omni parte abundantissimæ,*

nuncupat atque dicat


COLLECTOR.



Fasciculi Tertii Summa haec est.

- I. Melch. WENGERI Programma de fatalibus Imperiorum pignoribus. p. 465.
- II. ORATIO de præmiis, quæ olim *bonarum literarum* cultoribus collata sunt. p. 475.
- III. ADDITAMENTVM ad præcedentem *Orationem*, aliæque annotationes. p. 506.
- IV. EPISTOLAE Seb. Theodorici, Pauli Eberi, Ioach. Camerarii, Casp. Huberini, Ge. Frölichii, ad Ge. VOGLERVM datæ. p. 531.
- V. Ge. FROELICHII scriptum in laudem & præstantiam *Musicae*. p. 569.
- VI. Io. Lud. SEIFERHELDII Programma de Scholis Hebræorum. p. 582.
- VII. Hel. Eob. HESSI Elegia in *Homeri Iliada*, a se latino carmine redditam. p. 603.
- VIII. EPISTOLA, quæ argumentum philosoph. de *conscientia* illustratur. p. 613.
- IX. M. Ant. MVRETI Oratio *Gallica* pro Antonio Rege Navarrae. p. 620.
- X. Christ. Gotl. SCHWARZII, Index *librorum*, ex *typographia Aldina* editorum p. 644.
- XI. Christ. VEIHELLII Elegia latino-græca, & Franc. PANIGAROLAE Echo in diem natalem Iesu Christi. p. 669.
- XII. Io. Matth. GESNERI carmen ad Illustr. Frid. Gothilff MARSCHALLVM. p. 674.
- XIII. NOVA LITERARIA, cum observationibus variis. p. 680.





I.

*MELCHIORIS WENGERI,**Reſtoris olim Gymnaſii Suevo-  
Haleniſis,*

PROGRAMMA

De

*Secretis & fatalibus Imperiorum ac  
Rerum publicarum pignoribus.*

**P**Lerique olim populi divina, ut ipſi re-  
bantur, & fatalia Imperii Pignora co-  
luerunt, quæ tanquam *διοπτῆρ*, id eſt, cœli-  
tus demiffa ſibi donataque ſummo ſtudio  
aſſervabant, amiſſis illis violatiſve tristem  
Reipublicæ perniciem imminere; retentis  
vero & religioſe cuſtoditis incolumitatem  
promitti perpetuam, plane perſuaſi. Quo  
etiam Fata Urbium referri debent, quibus  
hoſti proditis certum urbibus excidium im-  
pendere arbitrabantur. Vtraque Fatorum  
nomine complectitur Chryſalus ſervus apud  
Plautum *Bacchid.* 4, 9, 29. *Illo tria fuiſſe au-  
divi fata, quæ illi forent exitio: Signum ex*

*Tom. I. Faſc. III.*

Gg

ARCE



arce si perisset: alterum etiam est Troili (omnium Priami filiorum natu minimi) mors: Tertium, cum porta Scææ limen superum scindetur. Signum illud, quod priore loco memorat, Palladium, sive Palladis simulachrum fuit, trium cubitorum, cœlo delapsum, ut perhibent nonnulli, eo tempore, quo Ilus arcem, cui ab conditore nomen Illo postea fuit, struere aggressus, signum aliquod propitiæ voluntatis exhiberi a Superis oravit. Cæterum Oraculo mox edoctus est Ilus, civitatem perpetuo fore incolumem, quoad Palladium istud inviolatum ibidem servaretur. Eo itaque per Diomedem & Vlysssem, per cuniculos arcem subeuntes, ablato, Troja, quam non anni decem, non mille carinæ domuerant, Græcorum potestati cessit. Postea tamen, excisa jam Troja, Æneas illud a Diomede reditum, una cum reliquis Penatibus secum in Italiam asportavit, *Penatiger* ideo ab Ovidio (15. *Metamorph.* 450.) dictus. Secutis deinde temporibus Romæ in Vestæ penetrali fatale hoc Imperii Romani Pignus fuisse conditum, cum aliunde, tum ex Livii 26, 27. discimus. Qui & Numam arma cœlestia, quæ Ancilia (alii cum Plutarcho An-

An-



Ancylia scribunt) appellantur, Salios ferre, ac per urbem ire canentes carmina cum tripudiis solemnique saltatu jussisse, memoriae prodidit. Servius ad *VII. Aeneid.* 188. Palladio & Ancilibus alia quinque adjungit, quæ Romanum imperium, ut ipse ait, tenuerint seu conservaverint. Cæterum quo cultu prius quidem apud Iliadas, tum apud Romanos veteres Palladium, & apud hos arma quoque Ancilia sunt habita; eodem postea Fortuna Augusta, vel Augusti sub Principibus fuit, nunc Fortuna Aurea, nunc Regia, interdum Fortuna Principis, alias Felicitas Augusti cognominata, in cubiculoque Principis culta, & una cum imperio successori tradita, qua de plura collegit Clariss. Polyhistor Rupertus ad *Flori Prolog.* §. 2. p. 26. Imperii Perfici tutela sive pignus Zoroastris, vetustissimi Bactrianorum Regis, cineres fuere. Mycenis perpetuam incolumitatem pollicebatur Aries aureus: Ephesiis Diana illa *διοπετής*, cujus & S. Litteræ *Actor.* 19, 35. meminerunt: Scythis aratrum, jugum, securim (ita Interpres. Curtius sagittam ponit, 7, 8, 17.) phialam sive pateram, ex auro facta omnia, cœlo decidisse, tribus Targitai filiis regnantibus,

Gg 2

Herodo-



Herodotus 4, 4. auctor est. Quodsi jam in originem talismodi Pignorum inquirimus, forte non absurdum fuerit existimare, sicut alia pleraque in ceremoniis gentilium; ita τετελεσμένας quoque Statuas hasce, & secreta Rerumpublicarum Pignora Arcæ Fœderis, quam DEI mandato Moses artifice Bezaleelis manu confici curavit, suos debere natales. Hæc gratiosæ Numinis præsentiae symbolum erat, quam pluribus miraculis venerabilem cum Judæis, tum Gentilibus DEVS reddiderat, & unde responsa consulentibus dare, atque opem & auxilium implorantibus eum promittere consueverat. Hinc bello Allophylos inter & Israëlitas moti, cum hi clade ingenti ab hostibus essent affecti, tanti causam mali Arcæ absentiam sibi fuisse rati, Seniorum consilio eam in castra sua, præter voluntatem & mandatum DEI, deportarunt, firmissimo hoc præsidio ad res melius gerendas deinceps usuri. Eaque fiducia erecti, Arcam lætissimis plausibus ac jubilis susceperunt. Contra ea Philistæi, cognito, illam Israëlitarum in castra esse allatam, ingenti terrore perculsi, *Venit, inquit, DEVS in castra. Va nobis! non eodem posthac cursu res, quo fluxere adhuc, ibunt.*  
*Va*



*Vae nobis! quis eripiet nos manu tam potentium Deorum? (ita homines idololatæ de uno DEO, tanquam de pluribus, loquuntur) Hi sunt Dii, qui Ægyptum omnivariis in deserto malis affecerunt. &c. 1. Sam. 4, 7. seq. Verum ipse belli hujus eventus clarissime docuit, cladis nuper acceptæ culpam non alibi, quam in Israëlitis hæsisse, qui contra leges sibi datas identidem prævaricando, DEVM graviter offenderant, eoque averso bellum gerebant; tantum abest, ut illum pro sua staturum causâ, citra temeritatis notam, polliceri sibi, aut ab Arca victoriam ac salutem, quæ à solo DEO petenda & expectanda erat, sine impietate sperare possent. Eaque propter cœlestis Justitiæ nefarium vanissimorum hominum errorem, improbitatemque detestabilem graviter ultâ, & ipsos, & Arcam, in qua spes omnes suas impie collocaverant, in potestatem hostium tradidit, atque ea ratione cunctis ostendit mortalibus, solam pietatem, & sanctum DEI cultum timoremque, uberrimum omnigenæ salutis fontem, omnis indubiæ spei anchoram, ac firmissimum adversus quosvis hostes præsidium, Pignus denique Rerum publicarum ac Imperiorum esse inex-*

Gg ;

pugna-



pugnabile, quo sancte religioſeque custodito ſtent illa & floreat; neglecto contra ac ſuſque deque habito concidant & evertantur. De Constantini M. præſtanti virtute Principis, conſilio, quo Byzantium, Conſtantinopolin poſtea & Novam Romam ab eo vocitatam, alteram Imperii Romani ſedem conſtituit, imperiumque ipſum in orientale & occidentale partitus eſt, varie & olim diſputatum eſt, & nunc quoque concertatur, plerisque illud acriter reprehendentibus, aliis autem vel ſimpliciter laudantibus, vel ſaltem excuſantibus. Non eſt huius loci, neque ingenii forſitan noſtri, ea, quæ in utramque partem à ſcriptoribus tam Gentilibus, quam Chriſtianis afferuntur, excutere. Si tamen id, quod ſentio, pace aliorum ingenue licet profiteri, ſic plane exiſtimo, calamitatum & cladum, quæ poſt Constantini tempora orbem Romanum oppreſſerunt, cauſſam præcipuam, & prope unicam, veræ neglectum pietatis fuiſſe. Ut primum enim laudatiſſimi Principis opera, & Dei cum primis beneficio, tranquillior Eccleſiæ ſtatus obtigit, egregius ille pietatis ardor, quem ſævæ gentilium perſecutiones in pectoribus fidelium



accenderant, & adhuc aluerant, minui & evanescere, Episcoporum luxus & superbia cum opibus mirum in modum crescere, schismata passim ac hæreses teterrimæ piam christianorum consensionem & orthodoxiam violentius, quam antea, convellere ac labefactare, omniaque impietate, ambitione, iniuriis, certaminibus repleri cœperunt. Tum toto in Imperio, atque adeo in ipsa urbe principe, innumera ethnicorum hominum multitudo supererat, qui abiecta idololatria Christo nomen dare, manifestis licet argumentis, & stupendis convicti miraculis contumacissime tamen recusabant, dirissimisque verum DEUM blasphemis, si non palam, at occulte incessebant, eiusq; cultores odiis prosequentes acerrimis, quibus quibus possent modis, affligere non desistebant. Hæc, & quæ recenseri possent alia, barbaros in provincias Romanorum immiserunt: hæc pristinas eorum vires attriverunt: hæc urbes florentissimas solo æquarunt, atque, ut in summa dicam, horrenda mala, quæ apud istius ævi Scriptores non sine stupore leguntur, in Rempublicam universa invexerunt. Profecto nunquam ullæ gentes barbaræ in Romani fines



imperii erant invasuræ, nisi Palladium ipsi suum, veram dico Pietatem, malitiose prodidissent. Documento sint Israëlitæ, quibus pollicitus est DEUS, si dicto audientes ipsi fuissent, se non modo hostibus eorum hostem fore, illosque terrore perculsurum, sed & tribus festis solemnibus, quibus convenire in eo loco, quem ipse cultui sacro destinaturus esset, iuberentur, vicinos populos cohibiturum, ne in fines ipsorum impressionem facere audeant. v. *Exod.* 23, 22. seqq. & 34, 24. *Psal.* 81, 14. Huic vero promissioni fidem extitisse, historia sacra plurimis testimoniis confirmat, unde liquet, nullos unquam hostes, quamvis potentissimos, damnum afferre Israëlitis valuisse, quamdiu hi omnia sua consilia & facta ad DEVM retulerunt; simulatque vero fictitiis fervire Diis, liberaque vitiis fræna laxare cœperant, superatos, in potestatemque ac servitutem externorum esse redactos. Verissime igitur lactei Doctor oris Lactantius (*de Ira DEI*, c. 13.) *Timor DEI*, ait, *solus est, qui custodit hominum inter se societatem, per quem vita ipsa sustinetur, munitur, gubernatur.* Utinam, o utinam, nos Germani bello præsentis studiosius ad animum ista re-

fe-



ferentes, à vitiis & impietate serio averſi, DEVM noſtrum pietate haud ficta in poſterum coleremus! Sola hæc, ſola, inquam, arma illa ſunt, quibus feroces & *Deum d' xes* barbarorum hoſtium ſpiritus contundere, & ſtabilem patriæ pacem tranquillitatemque poſſumus reparare. Hoc etiam atque etiam optamus, hoc à DEO quotidianis precibus expetimus. At quoniam diverſa omnia interim fieri animadvertimus, ne ſclerum contumaciæ inexorabilis immineat Adraſtea, verentes, cum omnium maxime interſit, Adoleſcentibus virtute & doctrina præſtantibus, qui brevi in Academiam hinc diſceſſuri, Scholæ atque Patronis ſuis vale conſtituerunt dicere, Pietatis patrocinium ad noſtros delegavimus. Itaque I. IOANNES PETRVS GROS, *Halleniſis*, demonſtrare conabitur, *quam neceſſaria homini, & eximie conveniens virtus ſit Pietas.* II. PHILIPPVS HENRICVS GRATIANVS, *Gailndorſa-Limpurgicus*, *obſtacula ſive impedimenta, quæ pleroſque à Pietate hodie avertunt, & oſtendet, & removebit.* III. IOANNES MELCHIOR SIBER, *Halleniſis*, *elegante Chria iuventutem ad alacre Pietatis ſtudium, maximas cum primis utilitates eius enarrando, exſtimulabit.* Quam telam à priore cœptam IV. ANDREAS

Gg 5

IACO-



IACOBVS WENGER, filius meus, pertexens, debitum Gymnasio & Mæcenatibus vale dicet, ac decenti gratiarum actione panegyrim solvet. (\*) Vos, apud quoscunque Pietas aliquo adhuc in pretio est, oramus, obsecramus, conatibus uti nostris favere, & ad benevole audiendos oratores nostros, proximi diei ♂ (17. huius mensis) hora 2. pomerid. in Auditorio novo frequentes coire dignemini. Si qua minus docte elaborateque dicentur, ætatis excusationem à candidis & peritis harum rerum arbitris facile impetraturos speramus. Hallis Suevorum, d. 15. Cal. Mart. An. 1691.

## II. ORA-

(\*) An conclusiones Programmatum, si hæc recuduntur, repetendæ sint, non unum omnium est iudicium. Nos Cel. Io. Henr. à Seelen, Sacræ Theol. Lic. & Rect. Gymn. Lubec. sententiam hic & in posterum sequi nulli dubitamus, qui in præf. secundæ editioni Selectorum literariorum præmissa: „ Ipsas quoque, inquit, Programmatum conclusiones non omittendas, „ sed retinendas esse duxi, ut conservaretur „ memoria publicorum, quos olim etiam iuvabit meminisse, laborum, quibus præluserunt. Hinc ne opus quidem esse arbitror, „ institutum hoc magnorum virorum exemplis, facile dandis, tueri. Prudentibus, scio, „ haud displicebit; imprudentes non moror, „ Hæc ille. Cæterum de b. MELCH. WENGERO confer, quæ Fasc. I. p. 19. diximus.



## II.

## ORATIO (a)

De

Praemiis, quae olim bonis literis harumque cultoribus decreta atque collata sunt.

## ARGUMENTVM.

Multi contemnunt hodie studia humanitatis. Quia vel non assequuntur. Vel non ad quæstum facere vident. Cum tamen eorum magna

(a) Equidem non publice recitata a me est hæc Oratio sive Declamatio, sed est fructus illius collegii, cuius in primo huius Sylloges Fasciculo, Sect. VIII. p. 185. gratam feci mentionem. Ut vero in lucem protrahere audeam, lectio elegantissimæ orationis Viri Cel. Io. CHRISTOPHORI COLERI de multiplici humaniorum literarum abusu, in secundo Fasc. p. 276. mihi iam laudatæ, effecit. Cum qua conferri possunt, præter nonnullas, quas Cl. KAPPIVS Parti primæ Orationum Virorum clarissimorum inseruit, sequentes orationes, quas Viri dudum celeberrimi ediderunt; IAC. FACCIOLATI oratio ad humanitatem, Lipsiæ



magna sit præstantia & utilitas. Veteres longe rectius de bonis literis earumque cultoribus

Lipsiæ 1716. 4. cura Cl. Io. Ge. Walchii, qui & epistolam doctissimam ad summe reverendum Abbatem, Io. Fabricium, de corrupta scholarum eloquentia præmisit, recusa, quæque secundum nunc locum occupat inter orationes Facciolati iunctim ab ipso editas, (vid. Bibl. Brem. Tom. VII. p. 750. sq.) quarum nuper admodum editionem novam in Germanorum utilitatem adornavit Vir clariss. M. Sigism. Iac. Apinus, P. P. Norimb. fautor meus a multis annis colendus. PETRI BURMANNI oratio in humanitatis studia, d. 8. Febr. 1720. ab illo habita, & Lugd. Bat. publici iuris facta, eodemque anno Lipsiæ in 4. iterum impressa, cum qua committi mereatur (neque enim dubium cuiquam esse potest, Burmannianam orationem hic intelligi) illa oratio, quam ALBERTVS SCHVLTENS Franequeræ Kal. Iun. An. 1720. pro studiis humanitatis habuerit, uti doctissimi Bibl. Brem. auctores Cl. IV. p. 400. movent, qui & hanc ipsam elegantissimam lectuque dignissimam ibidem appellant. Confer, quæ nos ipsi nuper in Sylloges huius p. 183. sqq. & p. 275. sqq. coll. p. 362. sqq. observavimus, & quæ passim in Miscell. Lipsiens. huc pertinentia occurrunt. Sigillatim laudati Walchii diatribe quædam extat eiusdem prope cum nostra dissertatione argumenti.



bus fenserunt. Quare libet nunc de præmiis, quibus ornati sunt eorum cultores, agere. Late patent humaniora studia. Diffunduntur in omnes disciplinas. Vindicant sibi Linguas; interpretationem Auctorum; Antiquitatis notitiam; Criticam; Historias; Poëseos & Eloquentiæ studia. I. Exempla eorum, qui hæc studia magni fecerunt, Scipionis, Catonis, Iul. Cælaris, Ciceronis. II. Exempla illorum, quibus studia humaniora splendidos titulos conciliarunt. Recensentur varia eiusmodi titulorum genera. III. Exempla horum, quorum scripta & ingenii monimenta applausum meruere, & magno pretio comparata sunt. IV. Exempla illorum, quibus hæc studia coronas pepererunt, Herodoti; Theodætis; Neronis. V. Exempla istorum, quibus capropter statux sunt positæ; α) Poëseos cultoribus, Ennio. β) Eloquentiæ cultoribus; Demetrio, Theophrasti discipulo; Gorgiæ Leontino; Præresio. γ) Grammaticis; Orbilio; Verrio Flacco; ex recentioribus Erasmo Roter. VI. Exempla Principum, qui hisce studiis magna privilegia concesserunt; Antonini Pii, Constantini. VII. Exempla denique horum, qui istarum literarum præsidio ad publicos honores pervenere. Adhortatio ad strenuam humaniorum & elegantiorum studiorum culturam.

Sæpe



**S**æpe adhuc disciplinarum liberaliumque  
Sartium fata animo perpendenti, & a quam  
exiguis quæque initiis modo ad præstantis-  
simum florem culturamque ascenderit, mo-  
do quasi inutilis, nulloque ullius hominis  
studio digna, neglecta fere fuerit, paullo  
altius repetenti, iustus prope dolor & veluti  
indignatio quædam incessit, quando sigil-  
latim studiorum, quæ ad humanitatem per-  
tinent, & quæ reliquis omnibus disciplinis  
præsidium & ornamentum singulare affer-  
re, semper existimata sunt, miras vices at-  
que fata consideravi. Neque vero, arbi-  
tror, quemquam futurum, qui iustum re-  
bus pretium statuere didicit, cui hæc mea  
indignatio intempestiva aut iniqua pror-  
sus videatur, modo harum literarum vicif-  
situdines, quibus hodie sunt obnoxia, co-  
gitet, perpendatque. Quotus enim quis-  
que est, qui æquo animo ferre facile possit,  
cum videat, atque passim etiam audiat, da-  
ri hodie homines, animo tam iniquo affe-  
ctos, qui hoc literarum genus non modo  
minus utile, minusque humanæ vitæ fru-  
ctuosum existiment, verum & indignum  
prorsus habeant, in quod ulla ullius homi-  
nis studia conferantur; imo reperiri, qui  
alto



alto id supercilio despiciant, fastidioseque aspernentur.

Quod si forte in causas huius tam sinistri iudicii placeat inquirere, inter alias complures mox duæ offerentur, longo & per-  
vicaci usu ita omnium oculis quasi animis-  
que expositæ, ut alias quidem magis forte  
manifestas apertasque requirere, vix opus  
esse videatur. Sive enim consuetudinem re-  
spicias iniquissimorum eiusmodi censorum, ita  
fere comparatam esse, intelliges, ut quæ alios  
studia mira quadam felicitate excolere vi-  
deant, ipsi vero neque assequi satis valeant,  
neque vel ad publicam utilitatem, vel ad  
propriam nominis famam referre posse,  
imbecillitatis suæ conscii; sperent, ea tan-  
quam a delicato ipsorum gustu aliena fa-  
stidiant, ipsaque adeo hæc humaniorum li-  
rerarum studia invidiose contemnant. Sive  
consideres deinde ipsum vitæ genus horum  
hominum, eiusmodi eos elegisse deprehen-  
des, in quo quæstui quam maxime inservi-  
re, propriæque utilitati studere, plurimum  
licet: unde facile fiat, ut, cum Humanita-  
tis studia, quorum dulcedinem ne primis  
quidem labris unquam gustarunt, ingenua  
maxime, neque ullum ad quæstum nundi-  
na-



nationemque literariam comparata esse, advertant, ea quidem vituperare, quam laudare, à cultura eorum & se & alios avocare, quam in iis studia sua operamque ponere, malint.

At enim vero quam iniqua hæc sint iudicia, & à quam male affectis animis profiscantur, quilibet prudentiorum facile intelligit. O utinam vel leviter gustassent eiusmodi contemtores dulcedinem harum literarum, & vel rudimenta, ut par est, attigissent, forte honorificentius multo de iis sentirent; utinam ipso facto experti essent, quantum eæ momentum conferant ad melius solidiusque excolenda alia studiorum genera, idque fortasse ipsum, quod sibi palmarium constituerunt; spondere ausim, honorabilius illis pretium eos statuturos, & quantum his studiis antea detrahere ac derogare sunt ausi, tantum laudis præstantiæque, tantamque, imo infinite maiorem utilitatem illis ultro attributuros esse.

Profecto longe alia mens fuit Veterum, aliaque iudicia de his ipsis studiis; quæ ex antiquis, quæ vetustas nobis non invidit, monumentis, non sine maxima animi volupta-



luptate licet cognoscere. Tantus sane non potest esse contemptus, quo huius sæculi homines nonnulli, nimis illi quidem iniqui rerum existimatores, Humanitatis studia prosequuntur, quantum olim fuit pretium, quantusque honor, quem passim illis tributum habitumque fuisse, legimus. In his literis quo quisque magis excellebat, hoc maiores dignitates ipsi licebat sperare, adeo, ut plerique florem suum famamque iis pene solis debere se faterentur.

Sed de hac ipsa re plenius copiosiusque dicendi mox erit occasio, cum mihi constitutum sit, exercitii causa, brevi quadam oratione de *premiis* differere, quibus Veteres illos ornare consueverunt, qui in Humanitatis studiis operam non infelicem collocarunt.

Atque ut hinc potissimum exordiar, unde deinceps magna lux, magnaque in reliquis facilius intelligendis, perspicuitas potest enasci; necessarium utique existimo indicare, quibusnam hæc ipsa humanioris doctrinæ studia finibus terminisque contineantur. Vbi quidem statim procul me abesse profiteor ab illorum iudicio, qui ea tam arctis limitibus circumscribunt, ut præter



exiguam quandam vocum verborumque evolutionem, & sterilia exponendæ dicendi rationis præcepta, aliaque minoris momenti exercitia, nihil ab homine meliorum literarum studioso requiri, sibi habent persuasum. Latius omnino patent laxioribusque terminantur spatiis humaniores literæ, quam ut tam angustis includi circularis se patiantur; adeo ut, cum alii plerique omnes Eruditi in uno aliquo disciplinarum genere studia operamque suam ponere soleant, reliquis nonnisi rarius in auxilium vocatis; ille, qui humanioribus artibus operam suam impendit, in singulis non leviter tinctus, sed paullo altius versatus, & a non contemnendis cuiusque illarum præfidiis instructus sit, necesse habeat. Neque vero hæc ipsa alia, quam externa sunt subsidia, nec omnem horum studiorum ambitum absolvunt, quæ aliis rebus occupantur, quas singulas hic enumerare vix vacat, potiores tamen brevibus indicare, consultum videtur.

Eorum itaque, qui studia, quæ ab humanitate nomen acceperunt, excolunt, profitenturque, cum multa alia sunt, tum hæc præcipua quædam munia habentur, ut primo



mo quidem Linguarum usitatissimarum, harumque potissimum, quibus omnis liberalior doctrina & olim est tradita, & hodie propinatur, quæque vinculum quoddam veluti sunt Eruditorum, non vulgarem habeant notitiam, earumque rationes, indolem, fata, & quæ alia huc referri possunt, ita probe calleant, ut ad alia munera haud paullo graviora, quam maxime ornati instructique accedant. Interpretandi nimirum illis porro sunt scriptores quarumcunque ætatum, qui his ipsis in linguis sua scripserunt, inque his cumprimis ii, quos vetustas nobis superesse voluit, quosque recentior ætas in dicendo scribendoque sibi maxime in exemplum proponit. Hi ipsi cum satis fideliter in plerisque locis explicari nequeant, nisi rituum & formularum, quæ eo tempore obtinuerunt, bene natus sit interpret; facile hinc intelligi potest, præcipuam eius curam in hoc quoque versari debere, ut antiquitatis cuiusque generis non proletariam sibi acquirat cognitionem, ut critices Historiarumque studia familiaria sibi reddat. Sed nec minorem Poëscos rationem humanioris literaturæ cultor habeat, necesse est. Ecquem enim

H h 2

enim



enim fugit, veteribus in more positum fuisse, ut elegantissima vivendi præcepta, & rerum in orbe gestarum memoriam versibus commendarent, quarum cognitio hodieque mirum quantum est necessaria. Hinc liquido apparet, quanto in pretio Poeticæ studium ab illo haberi debeat, qui harum literarum studiosum se proficitur. Denique, ut ne diutius his immorer, palmarium quoddam munus in eo constituitur, ut literarum elegantiorum cultor Eloquentiæ genuinæ, quæ cogitationes verbis aptis, perspicuis ornateque inter se compositis docet exprimere, haud mediocrem impendat operam, quippe qua pæne sola plerique hæc studia hodie consueverunt metiri, haud secus ac ea olim quoque præcipua humaniorum studiorum pars fuit existimata, ut anima quasi reliquarum literarum hæc ipsa bene dicendi ratio merito quodam suo habeatur. At quis omnia literaturæ politionis genera recenseat, cum ex iis, quæ modo delibavimus, satis unusquisque intelligere queat, quinam fines sint horum, de quibus dissero, studiorum, & quam arduum illius sit munus, qui ætatem suam in illis terere in animum induxit.

I. Hinc



I. Hinc adeo neque mirum, sed omnino consentaneum esse videtur, magnum quoque his literis olim pretium fuisse constitutum, eosque insignibus præmiis honoribusque ornatos esse, qui in iis egregiam operam posuerunt. Quid? quod subinde reperti sunt Viri in excelso fortunæ fastigio collocati, qui adeo non ab his studiis alieni fuerunt, ut maximam temporis, quod ipsis a publicis negotiis vacuum erat, partem iis repetendis magnaue cum ipsorum voluptate excolendis, consecrarint. Non iam animus est, recentioris ævi exempla producere, aut ex antiquitate, omniumque populorum memoria Viros quosdam dignitate florentes hic recensere, quibus hæc studia admirabili oblectamento fuere. Ex sola Romanorum Veterum Historia admodum paucos nominabo, qui, quæ modo attuli, vera esse & omni dubio carere, suo ipsi exemplo abunde possunt comprobare. Prodeat itaque in medium *Scipio* ille, ast quantus Vir! qui ob insignem fortitudinem, & urbes in Africa extirpatas, Africanus est cognominatus; prodeat, & quanto in pretio humaniorum literarum studia earumque cultores ipsi fuerint, manifeste declaret. Hic

Hh 3

enim



enim Vir summus vel Paterculi iudicio, tam elegans liberalium studiorum omnisque doctrinæ & auctor & admirator fuisse perhibetur, ut Polybium Panætiumque, præcipientes ingenio viros, domi militiæque secum habuerit, semperque inter arma ac studia fuerit versatus. Quid *Cato ille Maior*, Vir omnis ævi memoria clarissimus, cuius sapientia tanta fuit, quanta in homine intelligi potest? Nonne & ipsum, constat, literas, artes atque scientias maximi fecisse, probe scilicet narum, vel his ipsis fontibus sapientiam se suam acceptam ferre oportere? Quid alios præclaros Viros commemorem, *Iulium Cæsarem*, *Ciceronem*, aliosque, qui caput in Republica Romana extulerunt, & his studiis adeo fuere & delectati & dediti, ut ille quidem elegantissimos rerum ab se præclare gestarum Commentarios inter armorum strepitus ipse conscripserit, quos hodieque doctus orbis admiratur; hic vero his præsidiis instructus, id tandem consecutus sit, ut Eloquentiæ & Eruditionis Princeps, eiusque Nomen non hominis, sed ipsius Eloquentiæ habeatur. Possem præterea facile longe plura exempla maximorum virorum hic cumulare, & eorum præ-



præcipue mentionem debitam finiicere, qui cum amplissimis regnis gubernandis præfuerint, harum maxime literarum studiis negotia graviora distinxerunt; nisi brevitatis & instituti ratio ad alia me progredi iuberet.

II. Apud plerasque moratiores gentes hunc morem iam inde ab antiquis temporibus obrinuisse, constat, ut venerationem debitam cum multis aliis signis testatam facerent, tum potissimum *titulis* illustrioribus, variisque honorificarum compellationum generibus invicem declararent. Quæ quo erant splendidiora, eo maiori plerumq; honori ducebantur, certiolemque auctoritatem promittebant. Sed nemo, opinor, antiquitatis priscarumque historiarum tam expertus erit, quin sciat, neque hoc honoris ornamentique genere bonarum artium Magistros fuisse destitutos. Loquuntur certe antiqua scriptorum monimenta, & tanquam rem minime omnium silentio prætermittendam commemorant illustres illas honorum significationes titulorumq; splendorem, quibus hi aliquando a Viris Principibus, quosque fortuna in altissimos dignitatum gradus evexerat, certatim quasi condeco-



488 *II. Oratio de premiis, quæ olim bonis literis*  
rati fuere. *Patrum, Præceptorum, Virorum ad-*  
*mirandorum, gloriosissimorum & immortalis fa-*  
*ma, Illustrium Professorum, imo Divorum elo-*  
gia adeo illis non denegabant, ut his ipsis ti-  
tulis honorificentioribus etiam post supre-  
ma fata eos mactare non dubitarent. At-  
enimvero videor mihi, Auditores, quodam-  
modo sentire & ex signis non vanis collige-  
re, quæ vobis, audita hac encomiorum com-  
memoratione, cogitationes forte subnascan-  
tur, qui vanitatem potius, & inanes ver-  
borum sonos, quam illustria honorum or-  
namentorumque signa in hac titulorum  
pompa agnoscetis. Qua quidem in re, quod  
neutiquam dissimulo, vobis me prorsus ha-  
betis consentientem, cui repudianda magis,  
quam temere affectanda vana huiusmodi  
elogia videntur, quæ modestus quisque facile  
declinat, & quæ, ceu firmiter persuasum  
habeo, plerique veterum mansuetæ huma-  
nitatis cultorum, quos hæc ipsa studia ad  
modestiam mansuetioremque vitam maxi-  
me informarunt, etiam cum ultro Viri Prin-  
cipes se iis ornarent, lubentes dimissuri fue-  
re. Interim si nihil aliud, hoc certe abunde  
confirmabunt, nunquam non ingenuarum  
artium, eorumque, qui has professi sunt,  
hono-



honorificum fuisse nomen, & veneratione vel titulorum splendidiorum significatione declaranda, quam maxime dignum; unde necquicquam conquerendum, perperam istiusmodi Elogia ad posteritatis memoriam in veterum scriptis extare.

III, Sed non substitit honor ille polioris doctrinae cultoribus attributus intra hos titulorum elogiorumque cancellos; supersunt & multa alia illius documenta, haud paullo illis maiora illustrioraque. Constat inter omnes, atque hodiernum passim licet observare, non maius ingenii laborisque præmium, nullumque præstantiorem doctrinae fructum Viros eruditos reputare, neque ampliorem operarum gloriam solere expetere, quam si videant, ingenii sui monimenta a Viris laudatis approbari, plausumque & gratulationes doctiorum promereri. Quin multo maxima laboris sui præmia tunc sibi acquisivisse videntur, quando scriptis suis etiam a Viris in eminentissimo fortunæ humanæ fastigio collocatis, pretium aliquod statui, & sumptibus magnificis vel provehi, vel comparari vel ornari denique, animadvertunt. Vtrumque honorem & prisca ævi Doctoribus nostris ob-

Hh 5                      tigiſſe.



tigisse, certa Scriptorum auctoritate comprobatur. Quis enim, quæso, est, quem fugiat, vix maius olim honoris genus extitisse, quo docti eorum labores excipiebantur, quam Recitationes illas solennes, in theatris modo, forisque, modo in Athenæo ipso aliisque locis splendidioribus, magna Auditorum frequentia institutas, in quibus bonarum literarum cultores vel orationes suas carminaque, vel quævis alia ingenii doctrinæque specimina recitare consueverant. Quanta id solemnitate factum sit, facile est ad intelligendum, recitaturis coma barbaque pexa, pallio recenti, cum annulo, in quo gemma exsplendebat, atque fere ad maiorem elegantiam, pompam ostentationemque prodeuntibus. Profecto dici non potest, quam variis luculentisque signis auditores nunc inter recitandum, nunc post solemnem hunc actum, declamantibus, ob rem præclare gestam, applausum suum sint testati. Hic vidisses audientium alios vultu exporrectaque fronte ab blandientes, alios assurgentes, hilarique voce has approbationis lætitiæque plenas voculas: Bene, præclare, pulchre, recte, graviter, *σοφῶς*, ingeminantes; Ibi hos conspexisses



xisses manibus applaudentes, illos subsaltantes corpusque circumagentes, istos recitanti suavissima oscula dantes; plurimos denique domum eum deducentes cognatisque eius gratulantes, & quovis modo gaudia sua contestantes, magna voluptate animadvertisses. Quid? quod ipsum *Neronem*, qui, cum Imperii Romani gubernacula teneret, ab his studiis minime alienus fuit, vel *Suetonio* teste, instituisse constet, ut sibi plausus ex arte per varia genera darentur.

Quo loco autem identidem fere eorum, qui nomina sua liberalibus artibus dederunt, egregia scripta sint habita, nemini, credo, erit obscurum, possemque longe plurima luculentissimaque summorum Virorum exempla proferre, qui istis pretia sat magna constituerunt. Liceat mihi ex tanta eorum copia vel duorum mentionem iniicere, quæ vicem omnium facile explebunt. Ita gravissimis *Plutarchi Photiiq;* testimoniis confirmatur, unicam orationem *Isocratis*, cuius incredibilem Eloquentiæ vim tota olim Græcia admirata est, qua tamen iunioribus magis, in futurum Reipublicæ usum erudientis, quam civibus coætaneis profuit, aliquando a *Nicocle Rege* tanti fuisse aestimam,



tam, ut viginti talentis eam redemerit. Hic honos Eloquentiæ Doctori obtigit, sed haud minorem Poëtæ sunt experti, quorum hoc loco nonnisi Principem commemoro. Quare prodi omnium Poetarum Coryphæe, sic enim te merito, *Virgili*, liceat cum omnibus appellare! prodi, & tui ordinis doctorum honorem illustrem jam splendidumque, magis nunc ampliusque vel tuo ipsius honore illustra! Nonne sex illi cum viginti versibus, quos in laudem Marcelli, Octaviæ, Augusti Sororis, filii, iam tunc quidem fato suo functi, præsentem Octavia, recitaveras, satis testantur de insigni hujus Principis clementissimæ munificentia? Nonne undecim, & amplius millia florum, quibus eos remunerata est, manifesto sunt indicio, quam eximii honores, opimæque præmia his artibus aliquando constiterint?

IV. Sed consulto a pluribus hujus quidem generis honoribus præmiisque recensendis me abstineo, quoniam non tam copiam, quam selectum eorum mihi existimo sectandum. Quare festinat potius oratio ad alia laudis decorisque signa enarranda, quæ antiquissimis temporibus humanioris

ris



ris disciplinæ studiosis cesserant. *Coronarum* iam ab ultima sæculorum memoria ad honores summos dignitatesque indicandas, frequentissimum fuisse usum, nullus fere est, ab historiarum monumentis tam alienus, qui nesciat. *Iis Regum, eorumque,* qui summa Majestate effulgent, capita veluti consecrata, redimiri ornarique solere, neque hodie quisquam ignorat. At nec ab hoc, utut Regibus quodammodo peculiari honore, Viros ab ingenuarum literarum peritia commendatos, quondam exclusos, sed inter alia honoris signa, isto etiam *Coronarum* palmario ornamento condecoratos fuisse, ex genuinis monumentis certissimum habetur. Vnde dum præclare a *Salustio*, primo *Historiæ Romanæ* Scriptore, dictum jam olim est; tametsi haudquaquam par gloria sequatur scriptorem, & auctorem rerum, tamen & qui fecere, & qui facta aliorum scripsere, multos laudari: plane mihi veteres haud absurdum putasse videntur, par nonnihil honoris genus utrumque manere. Prisco enim ævo, si qui vel declamandi, vel recitandorum carminum gratia in publicum prodibant, ad amplificandum disciplinæ suæ decus elegantiamque



que ostentandam, non solum coronis cincti  
iam enitebant, sed & re bene peracta, coro-  
nis, quasi eruditionis eloquentiæque testi-  
bus præmiisque ab auditoribus ornati, do-  
mum revertebantur. Quam multos huius-  
modi ornamentis, in eruditis ingeniorum  
certaminibus honoratos viros, ista sapien-  
tiæ antiqua sedes, Græcia tulit? quam mul-  
tos illa florentissimæ Regionis pulcherrima  
urbs Athenarum fovit, quæ prius imperii  
sui, quam certaminum inter Eruditos finem  
vidit; quos omnes brevitatis causa sciens  
volensque prætereo, nonnisi duorum exem-  
pla producturus. Te itaque nunc *Herodote*  
compellare iuvat, qui Historiarum vere Pa-  
rens vocaris, te testem hujus orationis pro-  
ducere non dubito, quem satis constat in  
publico solemnique, eoque Olympico, in-  
geniorum conflictu, recitatis a te Historiis,  
quarum ipse auctor extitisti, in præmium  
laboris insigne, & gloriæ nullo ævo inter-  
morituræ tesseram certissimam, publicam  
Coronam, applaudentibus cunctis, repor-  
tasse. Sed & te alloqui liceat, eloquen-  
tissime *Theodectes*, qui magni magistri simil-  
limus discipulus, & Isocraticæ facundiæ pro-  
pagator dignissimus audis, te, inquam, al-  
loqui,



loqui, & socium Herodoto forte haud invitum liceat adjungere. Tu ille ipse es, quem post decimum tertium de ingenii laude, tota spectante Græcia, cum aliis initum certamen, in victoriæ præstantissimum quasi trophæum, octo coronis condecoratum fuisse, certa monumentorum fide cognoscimus. Sed nec Historiæ Romanæ desunt exempla eorum dignissima, qui ob doctrinæ virtutisque gloriam cōronas promeruerunt. Vel solus *Nero* Romanorum Imperator, magis quidem ob hanc ipsam ingenii felicitatem, quam pii prudentisque imperii laudem commendandus, satis de hac re testari potest, qui non acquiescendum sibi prius existimavit, quam ad Imperatoriam laurum, qua iam ante effulgebat, coronam facundiæ felicisque ingenii testem, optimis quibusque honesto certamine præreptam, adiungeret.

V. Audivistis varia hætenus & insignia præmiorum honorumque exempla, quæ, Studiorum, de quibus loquor, Doctoribus nullum olim præclaræ laudis genus defuisse, sat luculenter confirmant. Et vero facile quis credere queat, præter iam commemorata, alia honorum genera superesse nulla.

At-



At enim vero habemus, habemus, inquā, quæ magno etiam num afferre numero, si id quidē nobis propositum esset, possemus: Liccat tamen uni alterique breviter per censendo adhuc immorari. In honorum perennisque famæ signis certissimis etiam *Statuas* (\*) haberi, adeo inter omnes constare, arbitror, ut vix ullus dubio locus relinqui videatur. Sed tamen & eiusmodi monimenta singulorum fere, quibus humanioris disciplinæ circulus absolvitur, generum Magistris ut cujusque merita fuere comparata, vel ab univ-

---

(\*) Conf. Guid. Pancirollus de Claris Legum Interpret. ex edit. Christ. Godofr. Hoffmanni, Icti Cel. Lipsiæ 1721. 4t. mox ab init. & Cl. Heumanni Acta Philos. Tom. I. p. 686. sq. qui & ad Figrelīi librum de Statuis Veterum provocat, nuper quoque à Ven. Sibero in Ecclesiæ Græcæ Martyrologio Metrico laudatum. Optandum hinc est, ut Cl. Colerus fidem suam proxime in Bibl. Theol. P. XXV. p. 48. datam liberet, qui fusiores huius libri Edmundi Figrelīi, Sueci, de Statuis illustrium Romanorum notitiam alibi se daturum promisit, addens, rarum eundem sibi ad manum esse, & Holmiæ ex officina Io. Janssonii A. 1656. 8. prodiisse, neque in Thes. Antiquit. Rom. Græviano ac Sallengriano extare,



universa Republica, vel ab aliis viris in dignitate constitutis, olim fuisse erecta, historiarum documenta quasi certatim evincunt. Ita Poesi, nobilissimæ iuxta ac antiquissimæ arti, id honoris habitum quondam esse, luculentum *Ennii*, quem iure quodam suo Parentem latini carminis vocare convenit, exemplum testatur. Ipse Eloquentiæ olim Princeps, Cicero, venerabile bonarum artium cultoribus nomen, postquam, Archiæ Poetæ causam acturus, graviter copioseque de his ipsis studiis perorasset, minime omnium oblitus est, varia honorum præmiorumque genera, quæ nominatim huius liberalissimi studii Professoribus contigerunt, subinde recensere. Sigillatim Ennium Africano Superiori, refert, tam carum fuisse, ut in sepulchro Scipiorum statua ei e marmore constituta dicatur. Eloquentiam vero, donum divinitus veluti concessum, & humanioris doctrinæ splendidissimam nobilissimamque omnium partem, frequentatam hoc illustri honoris genere identidem fuisse, tot præsto sunt exempla, quot enarrare longissimum foret. Non iam de eloquentissimi Theophrasti facundissimo, & huius Magistri sui eximiam di-



cendi facultatem virtutesque præstantissimas exacte referente discipulo *Demetrio Phalereo* pluribus differam, cui *Cornelius Nepos* elegantissimus *Vitarum Excellentium Virorum* scriptor, trecentas, *Plinius*, sagacissimus ille diligentissimusque naturalium rerum commentator, trecentas & sexaginta statuas uno anno *Athenis* decretas erectasque esse, memoriæ prodiderunt. Nihil iam de *Gorgia Leontino* commemorabo, quem dignissimum facundissimi *Isocratis* Magistrum, concinnæq; & extemporalis orationis Principem, ab universo *Græcorum* populo, aurea, aliis inauratas accipientibus, in æde *Apollinis Delphici* statua, honoratum ornatumque scimus. Solius *Romanæ* gentis munificentiam hic prædicare lubet, qua factum est, ut & hoc, singulari certe, positorum monumentorum honore bonas artes earumque principem *Eloquentiam* ornaret. Neque enim non omnis posteritas grata quadam admiratione cognoscat splendidam prorsus illam inscriptionem, dignam omnino magnificentiae *Romanæ* testem, quam affabre effictæ imagini incisam, præstantissimo Oratori, *Proæresio*, qui cum dicendi facultate sapientiæ studia felicissime coniunxe-



iunxerat, ubi in vrbis Romanæ gloriam laudemque elegantissime optimeque dixisset, in probatissimum doctrinæ, præmii-que testimonium dedicavit: REGINA RE-  
RVM ROMA PROAERESIO PHILOSOPHO ET REGE  
ELOQVENTIÆ. Ipsam vero adeo Grammaticam huiusque Doctores, veteri ævo, præclaro statuarum honore non indignos fuisse habitos, nisi aliunde, certe ex probatæ fidei scriptore Suetonio constaret. Hic etenim uti illustribus quondam Grammaticis spectatus præco obtigit, ita in eorum vitis enarrandis identidem præmiorum quoque meminit, quibus merita eorundem ornata quodammodo esse intelligebat. Certe præter statuatam, *Orbilio* olim positam, quam Beneventi sat amplo tempore in Capitolio monstratam refert; alius debitam mentionem iniicit, in honorem *Verrii Flaccii*, illustris Professoris Grammatici, nepotum tandem suorum ab Augusto Imperatore Præceptoris constituti, cui solemne antea fuerat, proposita materia, præmioque, quod victor auferret, discantium ingenia, instar certantiū, exercere, Præneste in inferiore fori parte, collocatæ. Sed quis non satis hinc intelligit, hoc etiam summo honore, non unum atq; alterum,



verum plerosq; literarum elegantiorum magistros aliquando fuisse affectos? Et quis non videt exinde, libereque argumentatur, prorsus rectam fuisse veterum sententiam, quando æquum quodammodo esse credebant, ut, quorum summis ingeniis, consiliorum ac virtutum, imo rerum, præclare a viris in excelsa fortuna conspicuis, gestarum, effigies expressæ politæque, quorumcunque monumentorum interitui obnoxiorum, honorem adæquarent, vel superarent potius; eorum etiam statuas & imagines, non quidem animorum, quæ ipsi sibi possent ingenii doctrinæque artibus extruere, sed corporum simulacra, ad seram posteritatis memoriam, virtutisque coronatæ exemplum, in illustri posita monumento, extare, illorumque fati superesse. (\*)

VI. Magna mihi videor adhuc præmiorum honorumque præclaris ingeniis olim decretorum, genera recitasse; est tamen, ut credam, esse complures ex hoc spectabili Auditorum numero, quibus ea, quæ bonarum artium cultores, insigni, clementissimi Impera-

---

(\*) Desid. Erasmo Roterodamo Statuam Roterodami esse positam, nemo ignorat.



peratoris, summisque laudibus condecorandi *Antonini Pii* munificentiae, in acceptis referunt, praemia, haud paullo maiora illustrioraque videbuntur. Huic enim immortalis gloriae Principi, demum, & iure debetur, quod illi ipsi Viri docti, omnium exactionum non modo tributorumque, sed publicorum etiam, quibus ceteri ferendis erant obnoxii, onerum libertatem atque immunitatem, posthac obtinere. Tuam vero Dive *Constantine*, Imperator gloriosissime indulgentissimeq; Augustam Regiamq; prorsus, & nonnisi summis Principibus propriam liberalitatem, incredibilemque clementiam, quis ulla dicendi copia, ullis laudum encomiorumque generibus digne satis ausit praedicare? Eam profecto & hodie gratissimo venerantur suspiciuntque pectore, quotquot nomina sua his literis dede-  
runt. Tuæ enim illustri benignitati (\*) suarum non modo fortunarum rerumque, cunctis vacuum oneribus, immunitatem; sed honorum quoque, sacrique quodammodo ordinis sui securitatem exoptatam, & nonnisi sub gravissimarum poenarum metu turbendam, lubentissime a se tribuen-  
dam,

(\*) vid. Pancirollus l. c. L. l. c. 86. 87. p. 69.



dam, intelligunt, quicunque huius tanti beneficii fructus experiuntur.

VII. Sed cur non huc quoque refero eorum exempla, quibus hæc maxime studia ad summos quosque in Republica honores adipiscendos viam muniverunt? Quot Viros splendidissimis dignitatibus florentes antiquitas nobis commemorat, quos nullis admodum, quam harum literarum præfidiis instructos, in quibus fastigiis ex qua mediocritate, summorum Principum indulgentia posuit? Quorsum arcessere iuvat illustria Frontonis, Aufoniique, doctissimorum Virorum, exempla, quorum alterum Antoninus, quem nullus unquam Imperator sapientia adæquavit, ex Præceptore Consulem fecit; alterum indulgentissimus Gratianus, summa in hunc suum Magistrum hortante clementia, in Sella Curuli, gloriosa scilicet honoris sede, collocavit. Ut iam nihil de Quintiliano aliisque dicam, ex quibus ille consularia per Clementem ornamenta sortitus, honestamenta tamen nominis potius videtur, quam insignia potestatis habuisse. Quin & inde multum honoris ad horum studiorum Doctores accesserit, dubitari non debet, quod, Tranquillo locupletissimo



fimo teste, eorum scholas, a claris quibusque viris frequentatas fuisse, imo nec Principes declamandi exercitia detrectasse, constet, utne eorum, in dignitate olim viventium, mentionem virorum hic faciam, quos non puduit, humanioris doctrinae cultorum contubernia inire.

Satis mihi iam dixisse videor, Auditores, de eximiis honoribus præmiisque, quibus vetustas bonarum artium studia, horumque Magistros affecit, ut inde luculenter nunc pateat, quodnam iis aliquando pretium, & quam honorificum, fuerit constitutum. Est sane, cur prorsus persuasi simus, magna identidem auctoritate, magnis honoribus, magnis denique fortune opibusque, vixisse veteres politioris elegantiorisque literaturæ, imo omnis eruditionis Doctores. Neque est, quod quisquam hic obiiciat persecutiones nonnullas, quibus hæc studia, eorumque Professores, interdum fuere obnoxii. Ponamus, lata aliquando Romæ Senatusconsulta de exigendis vrbe Philosophis & Latinis Rhetoribus, fuisse; ponamus, non his solum temporibus nimis adhuc rudibus, necdum Græca doctrina expolitis, verum etiam postea, quam bonarum ar-



tium cultura, excultos quoque & liberales hominum mores animosque effecit, hæc fata has literas experta esse; ponamus Domitianum aliquem, nimis illum quidem inhumanum ac crudelem Tyrannum, doctos viros Roma Italiaq; prorsus submovisse; nihil hæc omnia derogabunt pretio honoriq; ab aliis vel gentibus, vel Viris summis humaniorum disciplinarum Magistris habito; calamitates istæ fuerunt, quibus pro corrupto nonnunquam sæculorum more, doctrinarum studia fuere exposita, & a quibus nec hodierni nostri Eruditi, sæpe, proh dolor! immunes habentur. Quæ cum ita sint, illibatus semper prisco ævo mansit politionum studiorum honor, eorumque pretium tantum, quantum utinam hoc nostro tempore illis statuerent, qui eruditorum nomen ex vero tueri cupiunt. Sed ubi sunt hodie Mæcenates, qui veterum exemplo has literas provehunt? ubi sunt eorum Cultores, qui tanto, ut olim eas studio ardoreque tractant. Hinc adeo nec mirum est, tam raro hodie inveniri, qui illis tot honores, tot præmia, tantasque dignitates immunitatesque decernunt. O ergo quantum fane interesset Reipublicæ eruditorum,



torum, ut his humanioribus studiis pristinum decus referretur, pristinum pretium statueretur, pristinus denique honor obtingeret! Sed bono nihilominus estote animo, quotquot harum literarum, quarum præstantia perpetua est, vel periti dextrique Doctores, vel strenui indefessique cultores auditis! reservata tamen & hodie vobis præmia sunt luculenta, reservati honores, muneraque splendida, quibus vel iam fruimini, vel quæ certo vos tandem expectant: nam etsi parvus est hodiernorum Mæcenatum numerus, sunt tamen, qui & his studiis suum adhuc pretium habere didicerunt. Floreant modo vigeantque perpetuo hæ literæ, sine quibus nemo ad res paullo maiores gerendas satis ornatus potest accedere; neque ulla sit facile literaria civitas, in qua cæ prorsus conticescant, sed, quod unice omnium adhuc exoptamus, felix ubique earum cultura vigeat, floreat, perennet. (\*)

Li 5

III.

(\*) Confer elegantissimam præfationem, quæ tota huc pertinet, quam Vir Cel. Christ. Gotl. Schwarzius Miscellaneis Politioris Humanitatis præmisit. Cæterum observationes quasdam ad hanc orationem dabit sequens Sectio



## III.

ADDITAMENTVM AD PRAE-  
cedentem Orationem, aliaeque  
annotationes.

**Q**Voniam superiori orationi passim quædam inspersa sunt, quæ fide auctorum priscorum nituntur, non abs re esse putavi, nonnulla huc pertinentia antiquorum pariter ac recentiorum loca afferre, & aliqua addere, quæ supra omissa sunt. P. 475. sq. unius tantum *Iac. Facciolati* ad Humanitatem Orationis cura Io. Ge. Walchii recusa, mentionem inieci, binas vero eiusdem de eodem argumento, a Walchio recensitas, & præfationibus instructas esse, Kappius loco supra p. 475. cit. in præf. pag. b. 3. b. commemorat, qui & P. I. num. X. p. 287. sqq. *Petri Burmanni* in Humanitatis studia Orationem, a nobis quoque p. 476. adductam, repetiit, eamque bis in Belgicum idioma translata esse, perhibet, atque de fatis eiusdem orationis lectores ad Io. Gotl. Krausii *Novaliter. Germ. A. 1720. p. 314. 376. 443. 823. 826.* remittit. Nescio, qui factum sit, ut hæc ipsa oratio in indice primo collectionis



tionis Kappianæ fuerit prætermiffa, quæ res & mihi fraudi fuit, quo minus repetitionem eiusdem a Cl. Kappio factam p. 476. indicaverim. Noveram enim equidem fatis bene, præter editionem Lipsienfem A. 1720. quam ad manus habebam, inter alias orationes me laudatam Burmannianam legiffe, eumque in finem Orationum Clariff. Virorum a Kappio iunctim editarum, indicem I. oculis perlustraveram; fed fefellit quærentis induftriam dicta omiffio, nec in ipfo volumine amplius eam requifivi, de indice fecurus. Cæterum indicem II. v. *Litteræ Humaniores* in laudata collectione Kappiana evolviſſe, neminem poenitebit.

Pag. 488. de *honorificis titulis*, nominatim *Illuſtrium Profeſſorum* elogio quædam dixi. Facit horum mentionem Suetonius de claris Rhetoribus, Cap. I. cuius & libellus de illuſtribus Grammaticis conferri, & addi quodammodo poteſt oratio Nicod. Friſchlini de præſtantia ac dignitate Virgilianæ *Æneidos*, Tubingæ VI. Id. Iun. An. 1574. habita, quæ Francof. primum eodem anno prodiit, deinde inter orationes Nicod. Friſchlini inſigniores aliquot, opera & ſtudio M. Georgii Pflügeri, Ulmani, Argentinæ A. 1598. in forma



forma octavi ordinis editas, primum locum occupare iussa est, quam & dignam habuit Clariss. olim Rector Gymnasii nostri, postea ad ædem D. Catharinæ sacram Pastor meritissimus, M. Iosephus Seizius, ut Clavi suæ Anterioris Æneidos, i. e. sex priorum Virgilii Æneidos librorum, tabulis & notis eius illustratorum, & Halæ Suev. 1657. 4t. editorum fronti eandem præfigeret. Obi- ter addo, eiusdem Frischlini aliam non mi- nus commendandam orationem de studiis Linguarum & liberalium artium, Tubingæ Cal. Sept. 1578. habitam, reperiri in eodem orationum ipsius volumine (a) p.m. 169. sq. & a Cl. Langio in vita Frischlini p. 113. sq. recenseri ac laudari.

Ad pag. 490. ubi de *Recitationibus veterum solennibus* actum paucis est, merentur legi, quæ Casp. Sagittarius (b) in compendio & docte annotavit: *Optima, inquit, veterum con- suetudo erat, qua, licet sibi scribendo atque emen- dando*

---

(a) De quo in uno sequentium articulorum ad- huc forsitan nonnulla dicentur.

(b) In Commentatione de lectione atque imi- tatione Ciceronis, Altenburgi in 8. fine an- ni indicio, edita, §. CLXVII. pag. 197. sqq.



iam satisfacerent; non propterea sua illico in manus omnium venire sinerent, sed ea peritis atque intelligentibus recitarent, quo prius corrigerent, quæ his iure displicuissent. De hac veterum RECITATIONE quia præclarissimi rei literaria Statores Duumviri Vossius & Schefferus, nec minus Ludov. Cresollius in *Theatro Rhetorum*, Iustus Lipsius *Centur. I. ad Belgas Epist. XLVIII.* Isaacus Casaubonus in *Commentariis ad Persii Satyram I.* tam pulchre commentati sunt, ut nihil supra, nos Veterum, quos quidem illi habent, testimoniis omissis, summa tantum huius moris capita annotabimus. Hæc Sagittarius, qui & deinceps a §. CLXVIII. usque ad §. CLXXXIV. illam consuetudinem describit, his finiens verbis: „Diximus de „Recitationibus veterum pro instituto nostro „satis. Atque utinam eadem adhuc in usu „essent, aut commode reduci possent: certe „futilium scriptorum minus esset, & ii, „qui facultate scribendi pollent, haberent „quæ discerent, quæ dediscerent, quæ emendarent. Non immerito ergo conqueritur „Lipsius, quod mos utilissimus desierit, præfat. *librorum de Militia Romana*, his verbis: „Ante publica iudicia subire nobis opus, quam „privata experiri: nec ullæ recitationes, aut in-  
ter



„ter amicos lectiones sunt, sapientissimo consilio  
„usurpata antiquis.

Sed & nemini forsan ingratum erit, le-  
gere, quæ idem Sagittarius, celeberrimi vir  
nominis, in sequente paragrapho CLXXXV.  
subiungit, cum dictus eiusdem libellus non  
in omnium manibus versetur. „Quapropter,  
„ait, mirifice mihi placuit Cl. viri Christo-  
„phori Schraderi, Prof. in Academia Iulia ce-  
„leberrimi, deque meis studiis optime me-  
„riti, (c) institutum, qui in collegiis, ut  
„vulgo vocant, privatis hanc Antiquo-  
„rum Recitationem quodammodo revo-  
„care solitus est. Conveniebant enim sta-  
„tis diebus certus iuvenum studiosorum  
„numerus, ex quibus unus, quem tange-  
„bat ordo, declamitabat orationem. Fi-  
„nita recitatione, missoque recitatore, ce-  
teri

---

(c) In Commentario quoque de vita & scriptis  
Casp. Sagittarii, quem beatæ memoriæ D. Io.  
Andr. Schmidius A. 1713. Ienæ, 8. foras dedit,  
p. 20. dicitur is Christoph. Schraderum Helm-  
stadii in oratoriis & geographicis audivisse, &  
p. 23. honorifici testimonii fit mentio, quod  
Schraderus postea Sagittario dederit, cui  
tum hoc, tum multis aliis nominibus magno-  
pere se obligatum fassus esset.



teri iudicia vel de inventione, vel de dispositione, aut elocutione, ferebant. Potiora annotabat Præses; tum suam sententiam expromebat. Mox vocatum ad se Oratorem remotis arbitris in bonis confirmabat, sinisteriora comiter reprehendebat, & emendabat. Neque eum morem tantum observabat Vir laudatus in Latinis orationibus, sed etiam Germanicis, quas nonnulli de rebus politicis habebant. Imo & de sermonibus ex ambone sacro a iuvenibus studiosis habitis eiusmodi disquisitiones instituebantur: in quorum numero me fuisse gaudeo, mihi que gratulor. Quod si quid est in me facultatis oratoriæ, quod tamen sentio, quam sit exiguum, id magnam partem Schraderi mei disciplinæ me acceptum ferre lubens meritoque profiteor. Hactenus verba Sagittariana, quæ & ad citatum Schmidiani de vita illius commentarii locum haud incommode quis retulerit, certe nobis, quod integræ transcripsimus, haud sane succensuerit.

Neque vero non operæ pretium esse, puto, ipsis Schraderi verbis, paullo ante dictis fidem, etsi nec sic iis denegandam, conciliare  
ma-



maiolem. Ita in præfatione Hypothesibus  
 suis oratoriis ad Io. Sleidani de Statu Relig.  
 & Reip. Historiam in German. Eloquentiæ u-  
 sum contextis, & Helmstadii 1669 4. editis,  
 præfixa, eiusdemque anni Idib. Mart. scripta:  
*Ego vero, inquit, quantum ingravescens, &*  
*beatam mortem (d) prospectans senectus permit-*  
*tet, regiam dicendi viam non monstrare tan-*  
*tum porro, sed & in illam deducere, ac egregios*  
*iuvenes comitari, Deo favente, ita persevera-*  
*bo, ut & audiam in domestici auditorii co-*  
*rona adolescentes oratores, & his dimissis*  
*auditorum poscam censuras, & has ad artis*  
*præceptiones expensas vel confirmem, vel*  
*refellam, & post arcessitum oratorem, quid*  
*recte, quid prave dictum, comiter admoneam.*  
*Dominus Deus sapientiæ & eloquentiæ studiis,*  
*eum porro adspiret successum, qui & divini no-*  
*minis illius gloriæ serviat, & Ecclesiæ ac Rei-*  
*publica sit salutaris. Hæc ille.*

Idem

---

(d) Ea vero demum An. 1680. d. 14. April. secuta  
 est, unde in oratione funebri Schmidiana,  
 inferius citanda, p. 370. vir amplissimus & per  
 integrum fere seculi semissem de Acad. Helm-  
 stadiensi optime meritis dicitur, sen ex an-  
 norum septuaginta octo, ut p. 401. in Pro-  
 grammate D. Andr. Frölingii legere est.



Idem Vir clarissimus in *Programmatibus Selectioribus* (e) proprio nomine editis, num. LXIV. *Oratorias quasdam, ait, ad Aristotelis methodum exercitationes in domestico auditorio deinceps instituam, ea lege, ut epistolarum atque oratiuncularum dictata argumenta, cum cura vos elaboretis; ego vero quam feliciter id factum sit, constituta hora animadvertam. Adsciscet quisque sibi quem volet commilitonem,*  
Tom. I. Fasc. III. K k &

(e) Vivo adhuc Schradero edita hæc sunt a filio eius cognomine, Helmstadii 1667. 4. qui & in Dedic. ad Ictorum in Academia Iulia Collegium amplissimum, scribit, se a venerando Dn. Parente suo impetrasse, ut programmata, cum publico, tum privato nomine ab ipso antehac conscripta, ex angulis conquirere, atque e tenebris, in quibus delitelcebant, in lucem usumque hominum producere sibi permetteret; addens, præter collectionis & editionis curam nihil in hoc opusculo, quod vocat, suum esse. Idem Christoph. Schraderus, filius, ibid. 1663. d. 8. Iul. sub præsidio fratris sui M. Io. Ernesti Schraderi, Theles de affectuum in oratoria usu defendit publice, quas uterq; parenti huic suo optime merito CHRISTOPHORO SCHRADERO consecravit, titulo Præpositi Bergensis, Academiæ Iuliæ Prof. publ.



*& terni quaternive in museo nostro ad dicendum comparebitis, &c.*

In Programmate LXIIX. rursus de hoc argumento ille ipse sic facur: *Iuventutis studia haud parum alunt & fovent crebra scribendi dicendique exercitationes, nam & ingenium excitant, & artem perficiunt, & præstant, ne muta sit industria. Quodsi eorum, quæ elaborata sunt, etiam recitatio accedat, (quod veteres & in publico & in cœtu familiarium factitarunt,) iam & aliorum iudicia experiri, & iis vel*

publ. & ord. Scholarum Guelficarum, Dannenbergicarum & Blancoburgicarum Inspectoris & Visitatoris generalis, in dedicatione eidem dato Dicta vero Programmata Schraderiana hodie fere negligentius habita, sed lectu dignissima, in duas discescuntur partes, quarum prior ea comprehendit, quæ publico nomine edita, ab Anno 1635. d. 13. Cal. Dec. usque ad A. 1666. d. 26. Aug. quæque numero quinquaginta sex sunt; altera Programmata selectiora, proprio nomine inde ab A. 1635. Kal. Sept. ad An. 1666. d. 11. Oct. edita, quorum numerus ad CVI. assurgit, complectitur. An & illa lucem viderint, quæ postea scripsit, dubito; saltem in catalogo scriptorum eius, orationi funebri Schmidtianæ subiecto, præter iam dicta, nullorum video mentionem fieri.



*vel corrigi, vel confirmari, erit opportunum.*

Conferantur etiam Programmata LXXI. & LXXIIX. aliaque, & comparetur elegans oratio funebris, quam Melchior Schmidt, Græcæ Ling. Prof. Publ. & Ordin. tum Helmstadiensis, d. 21. Maii A. 1680. in Schraderi nostri, paullo ante die 14. Aprilis defuncti memoriam habuit; (f) ubi & p. 389. sq. inter alia, hæc leguntur:

„Quia styli exercitium omnis eloquen-  
tiæ præludium ac progymnasma est, ex-  
ercitatio autem illa sine labore, quem  
plerumque omnes fugimus, fieri nequit;  
hinc accidit interdum doctissimis & fide-  
lissimis præceptoribus, ut non tam sua  
culpa, quam discipulorum inertia aut igno-  
rantia, soli relinquantur in suis Scholis. —  
Verum Schraderus hoc tanquam palma-  
rium multarum artium tradendarum arti-  
ficium, & forsan multis incognitum, te-  
nebat, & felicissime exercebat. Nimirum  
in omni sua doctrina id operam dabat,

Kk 2

ut

(f) Quam M. Reinh. Henr. Rollius Decadi primæ Memoriarum Philosophorum, Oratorum &c Rostochii & Lipsiæ 1710 editæ, p. 368. — 400. inseruit, subiecto illi Programme D. Frölingii, & scriptorum Schraderi indice.



ut non solum, quæ tradebantur, avide ab auditoribus arriperentur, sed ut semper plura addiscendi voluntas constans ac perpetua in illis aleretur ac conservaretur. Sic Schmidtius de nostro, qui & p. 388. Schraderi eloquentiæ hanc laudem tribuit: *Schraderum, aiens, audientes, Ciceronem ipsum, aut si quis eo melior gratiorque unquam dicendo fuit, sese orantem audire credebat iuventus.* Idemque p. 391. testatur, eum latinitatis puræ, antiquæ, ac Romanæ, religiosissimum, & in emendandis iis, quæ a dicendi studiosis civibus corrigenda exhibebantur, oculatissimum, aliorum tamen scriptorum non tam rigidum censorem, aut morosum fugillatorem fuisse.

Atque hæc de instituto Christ. Schraderi legisse, nemini, scio, erit ingratum; habuitque Sagittarius causas non vanas, cur sibi de illo gratularetur, optabuntque sine dubio multi cum eo, ut laudabilis mos ubique obtineret, quem & quantum in se est, revocare velle videtur celeberrimus Eloquentiæ apud Altorfinos Professor, DN. Christ. Gotl. Schubarzius, in collegiis suis oratoriis, quæ vocat, practicis; qui & nuper admodum, in edita Designatione Recitationū publicarum pri-



privatarumque, quæ in Academia Altorfina a sacro Mich. 1727. ad sacrum Paschatos anni sequentis, eodem Magnifico Vnivers. h. r. Rectore, instituentur, singulis hebdomadibus *declamandi exercitium* continuaturum simulque ea se propositurum, publice promisit, quæ Petrus Francius (g) de pronuntiatione & actione oratoria præcepit. Cui Viro humanissimo, ac de eloquentiæ, & meis quoque exiguis studiis, pridem meritissimo, atque etiamnum bene mereri naviter pergenti, ii profecto, quibus opera eius uti hic, & frui licet, non minus gratum contestari animum lubentes debent, ac Schradero suo olim profiteri haud dubitavit Sagittarius.

Ad extremum liceat ex Horatii de Arte Poëtica libello, quem meis in Classe Selecta auditoribus non sine fructu adhuc explicavi, huius omnino argumenti versus quosdam, qui

Kk 3

cum

(g) Huius præstantissimi Oratoris & Professoris Amstelodamensis, orationem de perfecto & consummato oratore, d. X. Oct. A. 1689. habitam, & opera curaque M. Ge. Lud. Goldneri, Ill. Ruthenei Rectoris, Geræ in 8. in gratiam studiosæ iuventutis recusam, hucque omnino referendam, commendari utique ac diligenter cognosci par est.



cum sequentibus aliis, hoc ipso die, dum hæc scribo, prælectionis materiam præbuerunt, & haud ita procul a fine libelli leguntur, huc afferre, qui & Recitationis veterum consuetudinem nonnihil forte illustrabunt.

*Si carmina condes,  
Nunquam te fallant animi sub vulpe latentes.  
Quintilio si quid recitares, corrige, sodes,  
Hoc (aiebat) & hoc : melius te posse negares,  
Bis terque expertum frustra: delere iubebat,  
Et male tornatos incudi reddere versus.  
Si defendere delictum, quam vertere, malles,  
Nullum ultra verbum aut operam sumebat  
inanem.*

*Quin sine rivali teque & tua solus amares.*

Pag. 500. paucis mentionem feci de *Status Desid. Erasmo, Roterodami, posita*. Testatur de illa Petrus Balius, (in *Diction. Histor. Crit. art. Rotterdam*, not. B. p. 2491. col. a. edit. recent.) *La ville de Rotterdam, ait, a voulu, 1. Que la Maison, où nâquit Erasme, fût honorée d'une Inscription, qui aprît à tous ses habitans, & à tous les étrangers, cette glorieuse prérogative. 2. Que le College, où le Latin, le Grec, & la Rhétorique sont enseignez, portât le nom d'Erasme, & qu'il lui fût consacré par l'Inscription*



scription du Frontispice. 3. Qu' on lui érigeât une STATVE de bois l' an. 1549. On en substitua une de pierre l' an 1557. Les Espagnols l' aiant renversée l' an 1572. on eut soin de la redresser, dès qu' on fut exempt de leur tyrannie; & enfin on lui en érigea une de bronze en 1622. qui est admirée des Connoisseurs. Elle est dans la grande place de la ville, au bord d' un canal, sur un piedestal orné d' Inscriptions, & entouré d' un balustre de fer. — Il y a peu de Voiageurs, qui faisant la relation de ce qu' ils ont vu dans les Provinces Unies, ne parlent de la Statue d' Erasme.

Hæc Bælius, qui pluribus deinceps ista persequitur; conf. & Heumanni Acta Philos. Tom. I. p. 686. sq. de hac ipsa Statua, qui cum & hic de numis, in honorem virorum eruditorum cufis, differat, memoriæ succurrit eiusmodi numus argenteus Dan. Heinsii in eundē Erasmi, cuius pars antica illius effigiem dimidiatam exhibet, cum verbis: ER. ROT. IMAGO AD VIVAM EFFIGIEM EXPRESSA. 1531. pars postica formam TERMINI, (\*) additis verbis: CONCEDO NVLLI. Et circumscriptis hisce: MORS VLTIMA LINEA RERV. Expresum refert hunc numum nitida Erasmi Colloquiorum editio, quæ, exacto post eius

Kk 4

obi-

(\*) Qui & annuli eius sigillum fuit. vide Testamentum Erasmi in Actis Erud. 1727. p. 37.



obitum sæculo, anno nimirum 1636. Lugd. Batav. ex officina Elzeviriana, in forma duodecimali prodiit, ubi is folii duodecimi latus alterum ornat, subiectis versibus:

*Ingens ingentem (h) quem personat orbis  
Erasmus,*

*Hæc tibi dimidium picta tabella refert.*

*At cur non totum? mirari desine lector.*

*Integra nam tantum terra nec ipsa capit.*

**Theodoro Bezae hoc tetrastichon deberi, & literæ**

(h) Hoc ipso die lego in Cl. Heumanni Pœcil. T. II. Lib. IV. p. 571. Erasmus ab illo inter macro-micros relatum esse, i. e. eos, qui animo ingenti, corpore parvo fuerunt. Draconitis duos senarios hanc in rem ex eius dedicatione Epistolarum Eob. Hessi extrema, affert:

Erasmus ille, cuius ob os mundus sua  
Obvertit ora, nonne parvus corpore.  
Quibus eo plus fidei adhibeo, quo certius nuper in huius Sylloges Fasc. II. p. 324. & p. 337. sq. probavi, Io. Draconem, Iustum Ionam, Eob. Hessum, aliosque iter ad Erasmus in Belgium fecisse, literarumque posthac cum illo commercium aluisse; egi & ibidem p. 318. sq. & 335. de Draconitæ editione Epistolarum Eob. Hessi, Marpurgi 1543. fol. procurata, hodieque perrara.



literæ initiales illi adiectæ, innuunt, & ipse me Bælius id docuit in Diction. voce Erasmus, nota, S. p. 1098. qui & critica censura illud expendit, additque, Æmilium, Profess. Ultraiectinum, eosdem versus Th. Bezæ imitatum esse, cum in doctissimæ virginis *Anne Mariæ Schurmanniæ* (i) effigiem hos versus conderet:

*Non nisi dimidia spectatur imagine virgo  
Maxima quod totam nulla tabella capit.*

Sed ut ad numos, in honorem eorum, qui literarum gloria floruerunt, cufos, redeam,

Kk 5 com-

(i) Memorabilia de hac nobilissima virgine, & Philosophiæ inprimis dedita, affert Cel. HEVMANNVS in Actis Philos. T. II. p. 849. sq. Haud ita pridem quoque Ven. THEOD. HASAEVS lectu dignissimam valdeque prolixam Schurmanniæ ad Sam. Rachelium, Prof. Iuris Kiloniensem, Altonæ, XVIII. Kal. Iun. 1671. scriptam epistolam, ex αὐτογράφῳ Magnifici MVHLII, inseruit Bibl. Brem. Class. VIII. p. 875. — 900. Huius Rachelii cum nulla hucusque extiterit notitia in Lexico Erud Lipsæam nuperime dedit, sed perbreuem, Heumannus in Pœcil. T. II. Lib. IV. p. 481. sqq. addito Scriptorum eius catalogo. Ad illam ergo hanc Schurmanniæ epistolam quodammodo refer.



commodum in mentem venit recensio *Selectorum Nummariorum Cel. Io. Henr. a Seelen*, Rostochii 1726. 8. editorum, quæ in *Actis Erud.* 1727. p. 416. sq. legitur. Ac rogandus sane est vir præstantissimus, ut in argumento curioso & utili enucleando pergat. *Girolami Olgiati*, & *Andr. Theveti* huius materiæ libri in *Actis Philos. T. III. p. 71.* (quem locum à Seelenio quoque citari, video in *Act. Erud. l. c.*) adducuntur, & nonnihil diiudicantur. Forte quis optaverit, ut idem factum esset in alio simili prorsus & non incognito *Ioan. Petri Bellorii* libro, quem præter *Cel. Struvium*, qui in *Introd. in Notit. Rei Liter. Cap. VIII. §. XL. p. m. 379.* eius mentionem facit, *Clariss. Actorum Eruditorum collectores* in *Supplem. T. I. p. 347. sq.* descripserunt. Nec dubitare licet, *Seelenium* uberiores & criticam eius notitiam vel iam dedisse, vel alio tempore cum harum rerum curiosis communicaturum esse. Vix scripseram hæc, cum observationis *Godofr. Tilgneri* (k) de novo opere Numismatico-literario edendo,

---

(k) Extat in *Miscell. Lipsiens. T. I. n. XXVII. p. 340. sqq.* Esse vero *Tilgnerum* auctorem eius, patet ex *T. IV. p. 319.*



do, recordarer, qui de *Fulvii Ursini & Io. Petri Bellorii* operibus, sequens p. 343. tulit iudicium; *fuisse illos, præterquam quod pauciores Eruditos, eosque antiquos tantum exhibeant, in plurimis aut non accuratos satis, aut iusto breviores; elogiorum magis conditores, quam numismatum interpretes laudandos.* Habent ergo illi, qui hoc literaturæ elegantioris genere delectantur, satis adhuc materiæ, in qua industriam suam exerceant. Coronidis loco illos huc excito binos numos *Ioan. Cratonis*, quorum archetypa asservare dicitur Ven. Godofr. Hanckius, uti in *Pinacothecæ Lips.* Parte LI. p. 232. lego, quem locum & in *Sylloges meæ Fasc. I. p. 178. 179.* repetii. *Ibidem Cel. Gottl. Krantzius* tertium quoque numum, *Io. Cratonis* memoriam conservantem, vidisse perhibetur, cuius altera facies Imperatoris Maximiliani II. altera *Io. Cratonis Archiatri*, effigies repræsentare dicitur. Qua occasione in medium affero sequentes *Io. Posthii*, (1) *Archiatri* quondam *Wirzburgici*, ut seipsum vocat, versus.

De

(1) Leguntur fol. 142. a in eius *Parergis Poëticis*, *Wirzburgi*, in officina *Henrici Aquensis*, *Episcopalis Typographi*, M.D. LXXX. in 12. olim publicatis, editione non ubivis hodie obvia, & nitide satis expressa.



DE IMAGINIBVS DIVI MAXIMILIANI IMP.  
et Io. Cratonis Archiatri Caes.

*Cæsaris effigiem magni, effigiemq; Cratonis,  
Qui confert, similes protinus esse videt.  
Quodsi animum posset divinum effingere pictor,  
Idem, ut credibile est, plane utriusq; foret.*

*Aliud.*

*Si, quibus est similis facies, similis quoque  
mens est,*

*Cæsaris haud differt & tua, docte Crato.*

Pag. 505. in nota calci orationis meæ subiecta, iure meritoque lectores meos remisi ad eruditissimam præfationem a Cel. Altorfinæ Acad. Prof. C. G. SCHWARZIO, Miscellaneis Politioris Humanitatis (k) præmissam, cuius, pace Viri Cl. hic iuvat excerpta quædam sistere, notulis quibusdam meis illustranda. Sic, inter alia: *Ecquod, inquit, vite genus est, siue publicis, siue privatis in rebus, cui ex humanitatis studiis nihil ornamentum subsidii-  
que*

(m) Lucem viderunt Norimbergæ A. 1723. 4. vid. Nova Liter. Germ. 1721. p. 674. & 1723. p. 105. ubi Cl. Io. Clerici eorundem recensio in Bibl. Novæ & Antiquæ Tom. XVIII. P. I. Sect. 5. exhibita, qua permagnis illa laudibus afficit, in compendio reperitur.



que accesserit? Et postquam Augustissimi Aureæ Bullæ Auctoris præceptum gravissimum, de maximorum Imperii Romani Principum Filiis in his artibus instituendis, adduxisset; iam, inquit porro, si ad privatae sortis ordines animum referamus; intelligimus sane, sine eius generis præsidis aridam incultamque videri omnem reliquam eruditionem. Tristia certe superiorum temporum exempla docuerunt, ipsum illud sanctissimum rerum divinarum studium, quod Theologiam appellamus, securius allucinari, atque aliquando in opiniones incidere insipidas, ubi artes bonæ tenebris (n) iacent sepultæ, aut fastidiose spernuntur. Vix alia Iuris consultorum (o) scripta diutius ætatem tulerunt, ferentque, quam quorum severior iuris civilis scientia interiorum literarum ubertate fertilis est. Adhæc illis artis salutaris (p) statioribus

(n) Ipse b. LUTHERVS hoc agnovit in epistola ad Eob. Hessum, quam inserui Fasc. II. p. 297.

(o) Graviter hanc in rem, præter alios, nuper differuit Ill. NICOLAUS Hieron. Gvndlingivs in Præfatione ad Franc. Balduini de Institutione Historiæ universæ & eius cum Iurisprudentia coniunctione *περὶ λεγομένων* libros II. Halæ Magd. 1726. 8. merito reclusos.

(p) Luculenter id comprobavit Cel. Iac. Bvrck-



ribus proclivius ad laudem famamque pervenire contingit, qui optima & nobilissima artis sue præsidia pariter atque ornamenta a Philosophia & humanitate arcessunt. Et quid multa? Hæc sunt illa ipsa studia, quæ moderate prudenterque culta, omnium ordinum (q) quæ ætatum omnium, & temporum locorumque, esse possunt, quæ gravia atque ardua pacis bellicæ negotia, iucundissima æque ac innocentissima animi remissione distinguunt; quæ in curiis

---

HARDVS, Ill. Gymn. Hildburgh. tum Professor Publ. nunc Consiliarius & Bibliothecarius Guelferbytanus, in elegantissimo libello, cui tit. Medicus gravissimus humanitatis studiorum vindex, ex historia literaria adumbratus, Wolffenbütteli, 1716. 8.

(q) Hinc statuit Heumannus, pleraque Ciceronis scripta Philosophica ad hanc nostram ætatem nulla forte alia ex causa videri servata esse, quam quod tam pulchra veste condecorata, i. e. tam eleganti stilo conscripta sint; idemque ut in suis libris Philosophi faciant, suadet, cum, quod dicitur:

Victurus genium debet habere liber,  
recte etiam de stilo intelligi ac dici queat:

Victurus stylum debet habere liber.  
vid. eius Acta Philos. T. II. p. 465. sq. eiusdemque



§ iudiciis lumen afferunt deliberantibus, &c.  
Hæc Vir Excell. tam circumspēcte pruden-  
terque scripsit, ut haud quis hic inveniatur,  
quod iure arguere queat; qui & paullo post,  
necesse esse, recte statuit, „ ut certi qui-  
dam homines existant, liberaliusque fo-  
veantur, quorum sit, ex instituto (r) has „  
artes pertractare, inque iis colendis præ-  
cipuam curam operamque ponere, ne hæc „  
studia proprio cultu destituta, si ubivis „  
solum-

---

que Philosophum Politicum, germ. lingua e-  
ditum, Cap. VII. §. XVII. p. 166. coll. §. XIII. p.  
161. Ad eundem modum Ven. D. Buddeus in  
Philos. Instrum. P. III. Cap. II. §. X. p. 238. alios  
quidem, ait, nimio sermonis cultu, alios con-  
tra sermonis neglectu & barbarie peccare,  
perinde ac si illuvies sapientiæ propria esset,  
nec casto, ac emendato puroque dicendi ge-  
nere posset proponi. Inprimis confer hic Cel.  
Moshemii præfationem ad Folietæ de Lingua  
Latinæ usu & præstantia libros tres, §. III. sqq.  
(p) Legi hanc in rem meretur, & sedulo ab iis,  
quorum interest, expendi utilissima præfatio,  
quam laudatus Buddeus Io. Matth. Gesneri,  
Celeberrimi nunc Ill. Vinariensis Gymnasii  
Doctores & Bibliothecæ Principalis Præfecti,  
fautoris mei honoratissimi, Institutionibus  
Rei Scholasticæ, Ienæ 1715. 8. præmisit.



„ solummodo tanquam res subsecivæ atque  
 „ secundariæ , tractentur, nec habeant , ubi  
 „ per se quasi subsistant , rursus sterilescant,  
 „ vel penitus ad pristinas tenebras redigantur.

Cæterum quoniam , quod nec Schwar-  
 zius l. c. prætermittit , *multi hoc studiorum ge-  
 nere intemperantius abutuntur* , ad quos adeo  
 hanc humanitatis commendationem non  
 pertinere fatetur; fas sit nobis , hæc ipsa,  
 præeunte Cl. Colero, in supra p. 475. lau-  
 data Oratione sua inaugurali *de multiplici  
 humaniorum literarum abusu* , paullo uberius  
 declarare , & nostram quoque his circum-  
 scribere limitibus de elegantiorum studio-  
 rum (s) cultura sententiam. Iuvat itaque per  
 summa tantum capita ire , & quæ Colerus  
 fusius edisserit , brevibus hisce complecti  
 membris.

I. *Abusus humaniorum literarum* gravissi-  
 mus , & vere capitalis , atque adeo princi-  
 pe loco commemorandus , est, si quidem ad

con-

---

(s) Diatriben eruditam de Eruditione eleganti  
 comparanda, Florilegio suo Philologico - Hi-  
 storico Misenæ 1687.4. duabus partibus edito,  
 præfixit Matthias Zimmermannus, SS. Th. D.  
 Past. & Superintendens olim Misenensis.



ad contemptum illæ referantur religiosa pietatis, si ex profanis libris animus ducatur profanus, si præ nimio liberalis doctrinæ amore, studioque, sordeant carmina, & vaticinia sacra. pag. 8.

II. Proxime ab his absunt, qui ipsa sacramenta literarum ad legem humanioris elegantiae metiuntur. pag. 18.

III. Si ex humaniorum literarum studio præpostero contrahitur illud vitium, quod ineptiam pædagogicam, seu pædantismum (t) vocare solent. pag. 21.

IV. Alius quidam insignis humanioris doctrinæ abusus est, quo non sine dedecore publico in argumentum rixæ, & petulantis iurgii, maledicentiaeque illa convertitur. pag. 25.

Tom. I. Fasc. III.

L I

V.

(t) Ad scriptores de pædantismo a Colero hic allegatos, adde Heumannum in Pœcil. T. II. p. 80. sqq. ubi de titulo Pedantæ agit, & in originem huius vocis inquit, putatque, illi ansam dedisse PEDANVM, celebrem Io. Ioviani Pontani tempore in Italia Grammaticum, qui & eius in Dialogo, quem Charon insignivit, p. m. 434. sqq. facit mentionem. Et sancto hoc dialogo & Mercurii, PEDANI, Theani & Menicelli Grammaticorum, quos collocutores introducit, inepta concertatione, vix  
me



V. Denique si sub specie humaniorum literarum ipsa sanctioris veritatis disciplina variis corrumpi erroribus solet. pag. 29.

Et quæ alia sunt abusus genera, ab eruditæ pietatis cultoribus pridem notata, quæ tantum abest, ut fraudi esse queant prudenti & sobriæ humanitatis studiorum culturæ, ut plurimi ex ipsis viris celeberrimis, qui in his maxime literis excellunt, detestanda & omni modo fugienda ea esse, graviter omnes cohortentur.

#### IV. Epi-

me contineo, quin pollicem lubens premam doctissimo Heumanno. Vnde & hic Grammatiunculi, Grammaticonis, aliæque voces ridiculæ occurrunt. Ceterum nescio, quomodo hic Dialogus Æneæ Sylvii Historiæ de Euriolo & Lucretia, (de qua vid. præter Cl. Schellhornii Amœn. Lit. T. I. p. 264. sqq. Cel. Hahnii T. I. Collect. Monum. veterum & recent. in editorum, n. IX. coll. Coleri Bibl. Theol. T. I. p. 753.) aliisque huius generis libellis ab Hilario Drudone sub titulo: Practica artis amandi, Vrsellis 1600. 12. editis p. 375. ad p. 456. insertus sit.



## IV.

Epistolae (a) aliquot Viro-  
rum Saec. XVI clarorum, ex  
MSS. editæ.

A.

Sebastiani Theodorici ad Georgium  
Voglerum, Epistola,  
ex ἀντιγράφων.

**S** Cum ex Alberto ad fine vestro, amico  
mihi carissimo, intellexissem, patrone  
perpetua observantia colende, nonnihil  
vos offensos esse mea, cum proxime apud  
vos essem, præpropere abitione; facere non  
potui, quin paucis me purgarem Etsi autem  
& mihi molestum fuerit, amicos deferere,  
quorum visendi causa (sic MS.) veneram, vix  
salutatos, cupidissime enim aliquam vestri  
Ll 2 ad-

(a) Debes illas, mi lector, Viri Iurisconsultissi-  
mi, Dn. D. Io. LAVR. a IEMGVMER CLOSTER,  
insigni humanitati, quam iam alio tempore,  
in Fascic. I. p. 17. & 135. sq. huius Sylloges,  
gratus prædicavi, aliosque non minus eam  
laudare, docui; qui has aliasque epistolas  
inposterum D.v. a me evulgandas, benevole  
mecum communicavit.



adfinis Bartholomæi ἐλευθέρις, aliorumque  
notitiam contraxissem, tamen deserere ho-  
neste comitem meum non potui, qui offi-  
cii causa me secutus erat, præterea etiam  
dies Solis sequens constitutus erat audien-  
dis rationibus meorum tutorum (non enim  
id alio die facere licebat, propter summas  
Senatus occupationes) quas negligere  
non poteram. Spero igitur humanitatem  
vestram facile mihi veniam daturam, com-  
pensaturo peccatum crebris literis. Pro ve-  
stris autem summis beneficiis singularique  
erga me amore, gratias vobis ago, quan-  
tas possum maximas, quibus etsi libenter  
agnosco quantum debeam, tamen quomo-  
do gratiam reddam, minime video; quæ  
tanta sunt, ut, si omnes nervos intendam,  
vix tamen minimam eorum partem adse-  
qui queam. Longe enim & vires meas &  
vitam ipsam superant. Etsi igitur omnem  
sua magnitudine spem referendi mihi au-  
ferunt, tamen memoriam nunquam adi-  
ment, quam, quoad vixero, nunquam ex-  
tingui patiar. Ac Deum æternum, patrem  
Domini nostri Iesu Christi, ardentibus votis  
precabor, ut ipse, & illa, & vestrum erga  
lite-



literas bonas earumque cultores amorem,  
liberalissime vobis remuneretur, faxitque, ut

Felix sit vobis qui præsens labitur annus  
Vxori & cunctis, quæ domus ampla  
tenet.

Quod ad Scholæ nostræ reparationem atti-  
net, scitote, eam hucusque promissionibus  
& spe instaurationis conservatam esse.  
Nunc autem D. Philippus eius confirmandæ  
gratia ad Principem Mauricium vocatus,  
una cum aliis quibusdam Professoribus octi-  
dium abest; nec certo constat, quando red-  
iturus sit. Ac scripsit huc Philippus, Prin-  
cipem velle scholam conservatam, & ob  
eam rem vocasse Quæstorem Vniversitatis  
cum tabulis redituum, ut priores confir-  
met, & novos pro additione stipendiorum  
addat. Faxit igitur Deus, ut pax firma Ger-  
maniæ miseræ concedatur, ad discendam  
doctrinam coelestem, & bonarum artium  
propagationem. Cum redierit D. Philippus,  
offeram ei vestras literas, ac responsionem  
urgebo. His paucis optime cum coniuge  
vestra honestissima, valete, quam una cum  
ipsius parentibus integerrimis salutandam  
Ll 3 cupio.



cupio. Data Vitebergæ, Nonis Ianuarii  
anno 1548.

Mitto vobis nova de tumultibus Itali-  
cis, hic impressa.

T. V.

*Sebastianus (b) Theodicus.*

**Inscriptio exterior hæc erat.**

*Prudentia generisque nobilitate cla-  
rissimo viro D. Georgio Voglero (c) pa-  
trono suo observandissimo.*

B.

(b) Sebastianus Theodicus, Winsemius dictus  
a patria, fuit Philos. & Med. D. ac Prof. Publ.  
Vitemb. Cui M. Ioh. Leonh. Lenzii, Rectoris  
hodie & Scholarchæ Gymnasii Hohenloici,  
quod Oringæ floret, Celeberrimi, Diss. olim  
ab eo habita, cui tit. Professorum, natione  
Francorum, qui Wittembergam illustrarunt,  
series, ad manus est, eam consulat.

(c) De hoc egregio viro, cuius Seckendorffius in  
Hist. Lutheranismi, Lib. II. §. XLII. Addit. II.  
p. 121. sq. ad a. 1528. coll. §. XLVIII. Addit.  
p. 140. ad a. 1529. brevibus meminit, eumque  
Præ.



B.

Epistola Pauli Eberi (a) ad  
eundem Georgium Voglerum.  
ex autographo.

Gottes Gnad zuvor &c. Achtbarer, er-  
barer, günstiger Herr. Ich bitt ganz  
dienstlich, E. A. wollen keinen Verdriess tra-  
gen ob meinem langsamen Schreiben. Deñ  
ich gern lengest hett uff ewere nechste Brieff  
geantwortet, wo mich nicht der TEUTSCH

Ll 4

PSAL-

Præfectum Cancellariæ Onoldinæ (Canglen  
Berweser) vocat, forsan alias a nobis plura  
dicentur, additis haud paucis eiusdem & alio-  
rum ad illum *à venditoris* epistolis. Forte &  
nuper Cl. Geret, Ampliff. Fac. Phil. Vitem-  
berg. tunc Adiunctus, memorabilia de eo at-  
tulit, qui de claris Franconiæ viris agere se  
velle, publicam dedit fidem. Voglerus vero  
tum, cum hæc ad eum scriberetur epistola,  
Rotenburgi ad Tubarim fuisse videtur.

(a) Paulus Eberus erat Prof. Philos. post Linguæ  
Hebraicæ Witteb. hinc Ecclesiastes & Theo-  
logiæ Doctor. Ni fallor, de illo agit Diff.  
Lenziana paullo ante laudata; Kizingensis  
enim, adeoque Francus patria, fuit.



PSALTER, (b) der herein geschickt worden, verhindert, von dem ich euch gern etwas ge-

(b) IOH. CLAVSII, Primicerii Onoldini, translationem Psalterii in rhythmos germanicos, hic indigitari, nemini dubium esse potest, qui ea legerit, quæ Ge. Voglerus propria manu, inscriptioni huius epistolæ exteriori de Io. Claudio adscripsit, ceu paullo post videre licet. Eiusdem meminit & sequens Ioachimi Camerarii ad Ge. Voglerum epistola, in capite, quod dicitur, & calce. De qua versione operæ pretium ducimus ea huc transcribere, quæ ex D. Phil. Iac. Speneri præf. in M. Narcissi Rauneri Davidischen *Jesus Psalter* / affert D. Io. Christophorus Wagenfeilius in sua præfatione, quam præmisit R. Mose Stendellii translationi Psalmorum Davidis in rhythmos Iudaico more germanice factos, quæ libro Wagenfeiliano, cui tit. *Benachrichtigung wegen einiger die gemeine Jüdischheit betreffenden wichtigen Sachen* / Lipsiæ 1705. 8. adiecta legitur. Verba autem Speneriana hæc sunt: „ Was  
„ unsere Deutsche Sprache anlangt / hat unser  
„ seel. Lutherus fast zu erst mit Übersetzung  
„ unterschiedlicher Psalmen / so wir in unserm  
„ Gesang-Büchlein haben / und in den Kirchen  
„ gebrauchen / gezeigt / wie auch dieselbe  
„ nicht so ungelencf seye / daß nicht des H. Geistes  
„ stes Wort mit artiger Manier darinnen sol-

ten



gewisses und entlichs geschriben hett. Aber nachdem ich das Buch erst wol 3. Wochen nach dem Leipzker Marckt nechstverschienen, empfangen, eben die Zeit, als

L1 5

D.

ten in Reimen gezwungen werden können. „  
 Deme auch andere seine treue Gehülffen in „  
 Umsetzung anderer Psalmen gefolget / jegli „  
 cher nach dem Maas seiner Gaben / und al „  
 so auf ungleiche Weise. Der erste aber / „  
 so mir vorgekommen / welcher den ganzen Psal „  
 ter in Teutsche Reimen zu bringen sich „  
 unterstanden / ist Johann Claus / gewe „  
 ster Brandenburgischer Ober-Secretarius zu „  
 Onoldsbach / so seine Arbeit 1540. verferti „  
 get. Es hat solche Uebersetzung nachmahn „  
 dem frommen Churfürsten / Ludwig Pfaltz „  
 grafen also beliebet / daß Er Conrad Lau „  
 terbachen sie zu übersehen / und wo es von „  
 nöthen / zu verbessern / auch wieder auffzule „  
 gen anbefohlen hat. Daher 1583. sie wieder „  
 um zu Heidelberg ist gedruckt worden. Nach „  
 deme sind nicht wenig andere gefolgt / so wir „  
 aber nicht alle / sondern allein ezliche wenige „  
 befandtere erzehlen „ 2c. Hæc ille satis ap-  
 posite ad institutum nostrum. Forte plura de  
 hoc libro occurrunt in Ge. Serpili Personali-  
 bus Davidis Lipsiæ 1713. 8. editis, sed ea  
 nunc quidem ad manum non sunt, sperare  
 me tamen id iubet recensio eorum in Relatt.  
 Innoc. 1713. p. 875. exhibita.



D. Martinus etwas mit Schwachheit beladen, daß Ich ihn nit wol dorfft überlauffen, hab ichs bey mir behaltē. Nachmals als Ehr ein wenig vvider zu Krefftē kam, nam Er das Buch wider Herzogen Heinrich für zu schreiben, dem Ehr so hefftig obgelegen, das er nichts wolt fürnemen oder thun, das Buch wer denn vor vollendt; also hab ich fürter still gehalten, aber nichts destoweniger dieweil andern Herrn geweißt, als Domino Philippo, Magister Georgen Rörer (c) und andern, die es alle lobeten, und meineten, es wür dem Doctor

---

(c) Pridem M. Georgii Rorarii, docti olim Correctoris in typographica officina Io. Lufftii, celebris Wittenb. typographi, vitam dedit b. Io. Contr. Zeltnerus in Theatro virorum eruditum, qui speciatim typographiis laudabilem operam præstiterunt, p. 473. sqq. eumque fidelissimum b. Lutheri amanuensem vocat. Ac nuper quoque docte & fuse de eodem egit modo laudati Zeltneri Frater, Theologus Altorfinus celebratissimus, Dn. D. G. G. Zeltnerus in vita Ioh. Lufftii, p. 73. sqq. ad quem egregium librum qualiacunque supplementa dare cœpi in huius Sylloges Fasc. II. Sect. V. pag. 369. — 445. quæ cum præter omnem



Doctor wol gefallen, und nuzlich zu drucken sein. Als nu das Buch gefertiget, hab ichs ihm samt E. A. schreiben, an Ihn geantwort, der mir nach freundlicher Meldung evver Kundschaft, so vil gesagt, das Buch gefiell ihm sehr woll, dweill es gute wolfellende Reimen mit gutem reinem verstantlichen teutschen gemacht weren, das Ehr wol mocht leiden, das es gedruckt wurd. Aber ehr besorget, wie alhier die Trucker arm und oeckel sein, es würs schwerlich einer drucken: dweill es ein ziemlich groß Buch werden, und ettwas ge-

---

omnem spem meam humanissimo huic viro non parum se probaverint, operam dabo, ut continuationem eorundem, ad quam expro-mendam ipse me per literas benevole extimulare dignatus est, sequenti fasciculo D. v. immisceam. In eadem vita Lusttiana p. 54. de Paulo Ebero, huius epistolæ nostræ scriptore, nonnulla quoque, notatu digna, occurrunt. De Ge. Rorario autem legi etiam merentur, quæ nuper ex Cel. D. Cypriani Hist. Eccles. MSta continuatæ collectioni Antiquorum & Novorum Theologicorum (fort-gesezten Sammlung von Alten und Neuen Theologischen Sachen /) A. 1726. p. 737. sqq. inserta sunt, & Seckend. Luth. ind. v. Rorarius



gestehen würdt. Doch möchte ichs versuchen bey den Druckern, obsiemant wolt fürnehmen. Als hab ichs die fürnehmste Drucker (d) allhie sehen lassen, mit Vertröstung, daß ich wolt den D. Martinum vermögen, daß Ehr ein Vorrede drein machet. Drauf gaben Sie mir zur Antwort, sie hätten sunst an der Biblien (e) und andern gevvisen Büchern so viel zu trucken, daß Sie das nit vvol wüsten anzunemen; aber vveil der D. Martinus ein Vorrede drein machen vvolte, hetten sie vvol Lust darzu, dasselb zu drucken, vvo Sie einen Verleger hetten; denn vveil es so viel Bögen geben vvürd, vvüstens Sies nit zu verlegen. Also vviesen sie mich auff die Buchführer (f) allhie, die gemeiniglich den Truckern verlegen, vvas Sie drucken, aber vveil

(d) Horum notitiam, si placet, ex laudata Zeltneri vita Lufftiana p. 80. sqq. alibique, haurire licet haud vulgarem.

(e) Ex sola enim Io. Lufftii officina, inde ab Anno 1534. usque ad A. 1574. prodiisse 100000. exemplarium Bibliorum b. Lutheri vers. Germ. Paulus Crellius testatur apud Zeltnerum l. c. p. 55.

(f) vid Zeltnerus l. c. p. 44. ad quem locum suo tempore quædam commentabor.



vveil dieselbe ietzt all gehn Franckfort uff  
die Mess gezogen, und noch nichts ent-  
lichs beschloffen vvorden, hab ichs E. A. die-  
vveyl vvöllen anzeigen, vvie es um den  
Pfalter stünde, mit dienstlicher Bit, mir bey  
diesem Boten anzuzeigen, vvie ichs mie  
fürter halten soll, denn Ich E. A. in dem  
und andern gern zu gefallen bin. Hiemit  
Gott bevolhen, der erhalt Euch zu Fütter-  
niss seines Worts und vieler Nuz lange  
Zeit frisch und vvollmügen. Grüßet euer  
Hausfrau. Datum den ersten April. 1541.

E. A.

Williger

Paulus Eberus.

Euch läßt D. Martinus  
freundlich grüssen.

Inscriptio (\*) hæc est:

*Dem Ehrbarn und achtbarn Herrn, Georg  
Voglern, &c. meinem günstigen Herrn  
und Fürderer.*

C.

---
quitates eo spectantes, nondum ita excul-  
tas esse, ut non subinde aliquid inveniant viri  
illarum periti, quod iis, quæ ab aliis hanc in rem  
scripta sunt, addere queant, in confesso est. Pal-  
mam hic ceteris merito suo præripit Cel. Io. Christ.  
Wolfius, in Bibliotheca Hebrææ Voluminibus  
tribus, quorum tertium, quod propediem editum  
iri, in Fasc. I. p. 18. significavimus, illo ipso tem-  
pore, quo ea scripseramus, faustam expertum lu-  
cinam est. Hic ipse vir eruditissimus in Parte  
altera huius operis præstantissimi p. 918. sqq. hoc  
ipsum quoq; de Scholis & Academiis inter  
Iudæos argumentum docte persecutus est, sub-  
iuncto p. 924. sq. elencho illorum scriptorum, qui

eo



eo pertinent, ubi & nec Dissertationes Academicas, aliaque scripta minora reliquit intacta. Huic adicere visum est præsens Programma Seiferheldianum, uti nuper aliud eiusdem, supplementi instar ad laudati Wolfii Curas Philologicas in IV. SS. Evang. & Act. Apost. p. 366. & 522. in Fasc. I. num. I. coll. p. 17. sq. oculis lectorum stitimus. Etiam Conringius in Antiquitatibus Academicis, quæ cum supplementis Helme-  
stadii 1674. 4. lucem viderunt, Diss. IV. p. 123. sqq. coll. Supplem. LX. p. 356. sqq. de Iudæorum Scholis egit, qui proinde in Wolfiano Catalogo locum postliminio reperire potest. Forte & nonnulla ad hanc materiam illustrandam suo tempore expromet Cl. Heumannus, in Additamentis, quæ meditatur, ad dictas Herm. Conringii Antiq. Academ. quas pererudite scriptas esse, fatetur in Via ad Historiam Literariam, Cap. IV. §. XXXIV. in nota subiecta, p. 73. edit. locupl. Recordor epistolæ, ab Heumanno ad virum quendam doctum, fautorem meum peramicum, exaratae, & ab hoc mihi ostense, in qua istud propositum suum, eruditis viris minime ingratum futurum, candide aperuit; ni fallor, publicam quoque eius spem esse factam, alicubi lectum a me est. De Scholis Græcorum & Romanorum qui scripserint, obiter hic com-



memorare iuvat. Et de illis quidem adeas, si placet, auctores a Cl. Falstero in Cap. IV. Scia-graphiae suae de Graecorum Historia litteraria, quod de Scholis Graecorum, insignivit, adductos, in p. 89. sq. Cogitationum Variarum Philologicarum, qui simul addit, paullo obscurius, adeoque altius excutiendum esse hoc argumentum, cum Graecarum Scholarum memoriam nemo, quantum sciat, rite illustrandam susceperit, nisi forte Conringius id attigerit in Antiquitatibus Scholasticis, quas tamen nunquam se vidisse, testatur. Habet vero quaedam de iis Conringius l. c. vel ex indice repetenda, ex quo & ea haurienda sunt, quae ibi de Romanorum Scholis annotavit, collata eiusdem Diss. de studiis liberalibus Urbis Romae & Constantinopolis. Recentissime omnium de Scholis & Academiis Graecorum Homeri tempore claris, erudite commentatus est Ven. Reimmannus in Iliade post Homerum, hoc ipso anno Lemgoviae in 8. edita, h. e. in Incunabulis omnium Scientiarum ex Homero erutis & Systematice descriptis, Sect. I. Cap. IV. & V. p. 36 — 58. Romanorum autem Scholas, praeter Conringium l. c. fusius investigavit paulo ante laudatus Falsterus in Quaestionibus Romanis sive Idea Historiae Litterariae Romanorum, Lib. I. Cap. IV. Sed haec ἐς τὴν παρόδω.

Non



\* \*

**N**on heri demum, aut nudius tertius rerum cum divinarum, tum humanarum cupidinem in mortalium insedisse animis, inque sui amorem amica quadam vipertraxisse, sed ab ultima rerum origine, velut hereditate, ad hanc usque ætatem fuisse traductam, nemo communium litterarum, & politioris humanitatis tam est expers, qui eat inficias. Quanquam enim calculum iis nostrum addere haud immerito dubitamus, quos Adamum, primum humani generis parentem, artium omnium disciplinarumque exquisita pariter, & distincta cognitione præditum, non Litterarum modo Principem & inventorem, sed variorum præterea monumentorum ingenii auctorem facere, testantur *Gregor. Michaëlis, Notis ad Gassarelli curiositates inauditas* pag. 488. *Guiliel. Saldenus, Otior. Theolog. diss. 1. §. 3.* *Buddens, Introduct. ad Philosoph. Ebraeor. p. 3.* *Tenzelius, Dialog. Menst. An. 1697. p. 959. & An. 1698. p. 735* Id tamen facile adducimur ut credamus, amissa eum imagine divina, nihil quicquam habuisse aut prius aut antiquius, quam, ut & ipse im-

O o s

minu-



minutam valde sapientiam recuperaret, & ut cum vero Numinis cultu doctrinae artiumque studium coniungerent, auctor suis existeret atque hortator.

Quarum facultas ut variis quidem modis comparatur, afflatu divino, qui paucis, nec nisi singulari Numinis beneficio, obtingit, frequenti exercitatione usuque, & viva denique doctoris voce, quæ, sapientissimorum hominum iudicio, alit plenius, magisque afficit: ita, quin Adamus, præter salutarem Dei cognitionem, disciplinarum quoque, ad vitam hanc bene feliciterque transigendam necessariarum, fundamenta suis propinaverit, atque ita primam *Scholis* originem dederit, nemini poterit esse dubium, qui, quæ hanc in rem erudite commentati sunt *Bangius Cælo Orient. Exercit. 1. quæst. 3. & Vrsinus Antiqq. Hebr. c. 1.* velit consulere. Cuius institutum cum posteris longo ordine sequuti, suam quisque symbolam conferret, mirandum non est, si interiecto tempore cum augmento scientiarum, *Scholarum* quoque utilitas magis magisque innotesceret, ad easque cum privatim, tum publice instituendas antiqui Patres cogitationes suas atque studia impen-







pto servitus, & sequutum deinde longum  
 per deserta Arabiae loca iter, bellaque cum  
 finitimis gravissima: tanto tamen eadem  
 maiorem receperunt splendorem, quanto  
 plus libertatis Iudæorum gens nacta, ope-  
 ram suam atque industriam ad restauran-  
 das sapientiæ officinas conferre potuit. Ut  
 enim silentio involvamus *Scholam Siloënsē*,  
 in qua Samuelem prima litterarum funda-  
 menta iecisse scimus. 1. Sam. 1. 24. Ut præ-  
 tereamus *Gibeam*, amplissimum divinorum  
 Vatum *Collegium*. 1. Sam. 10. 5. Ut taceamus  
 illustre in Rama, *Rectore Samuele*, *Gymna-  
 sium*, 1. Sam. 19. 20. Ut transeamus ce-  
 leberrimam *Abelensium Academiam* 2. Sam.  
 20. 18. quis, quæso, rerum iudaicarum est  
 adeo ignarus, qui nesciat, ita floruisse in  
 populo Dei legis Litterarumque sacra-  
 rum studium, ut ne quidem deportatione  
 Babylonica extinguere illud potuerit, aut Viri  
 sapientia præstantes impediri, quo minus  
 inter durissimæ servitutis molestias Musis  
 suis litarent. Quibus rebus factum est, ut  
*Esdras*, summus iudaicæ gentis Doctor,  
 tranquillatis paululum rebus iudaicis, ex-  
 ulantes litteras non solum in pristinum re-  
 stitueret, sed constituto Illustri אנשי כנסת  
 הגדולה



הגדולה *Virorum Synagoga Magnæ* ordine, in tantum fastigium eveheret, ut stupendum illud *Masorethicarum observationum* opus, Rabbinis סייג התורה *sepimentum legis* dictum, indefessæ Virorum ordinis illius diligentiae feramus acceptum, vid. Buxtorf. Comment. Masor. c. 10. & 11. Neque amplius, quæ intra suam Patriam adhuc fiebantur *Scholæ*, angustis adeo terminis circumscribi se sunt passæ, sed eruptione velut facta, fines proferre, inque Ægyptum & Babyloniam penetrare cœperunt. Quis enim ignorat *Scholas Alexandrinæ*? hoc celebriores, quod transferendis ex Hebræo in Græcum Sermonem Veteris fœderis libris, Viri eruditionis fama insignes inde accersiti, celeberrimam illam LXX viralem Versionem procudisse multis creduntur, vid. *Vrsin. Antiqq. Hebr. c. 2. conf. doctissimus Anglus Humfredus Hody dissert. de historia Aristæ Londini 1685. edita.* Quis nescit *Scholas Babylonicas*, inque his Soranan, Pumbedithanam & Nehardensem? & Docentium & discentium celebritate adeo illustres, ut *Talmud Babylonicum* ibi natum, tantam apud omnes Iudæos obtinuerit auctoritatem, ut S. Script. anteferre illud, aut æquiparare nulli



nulli erubescerent, vid. *Buxtorf. Bibliotheca Rabb.* p. 223. seqq. *Buddens Introduct.* §. 27. Quin etiam tantum abest, ut sequiorum temporum iniuria, inclinatis & attritis Hebræorum rebus ullam existimationis suæ fecerint iacturam *Scholæ*, ut potius hoc magis evaserint Iudæis commendabiles, quo altius exterarum gentium commercio immistis atque implicatis, amittendæ religionis avitæ aut periculum, aut metus subnascebatur. Huius rei cum complura possemus proferre è Rabbiorum scriptis testimonia, uno *R. Maimonidis* erimus contenti, quod ex eo facile coniici possit, quanta illis formandæ fingendæque iuventutis cura. Sic autem ille *Hilch. Talm. Tora* c. 2. §. 1. מושיבין מלמדי תינוקות בכל מדינה ומדינה ובכל פלך ופלך ובכל עיר ועיר ועיר שאין בה תינוקות בית רבן מחרימין את אנשי העיר עד שמושיבין מלמדי תינוקות ואם לא מושיבין מחרימין את העיר שאין העולם מתקיים אלא בהבל פיהם של תינוקות בית רבן *in omni regione, vico & urbe constituere solent, qui pueros doceant. In quacunque autem urbe non sunt pueri, qui Scholam frequentant, illius incolas anathemate feriunt, quoad constituent Praeceptores, quos nisi constituent, urbem anathemate feriunt, quia*



quia mundus non consistit, nisi propter halitum  
discipulorum. Nec mirum, cum nusquam  
fere terrarum aut benigniorem invenerint  
Patriam Litteræ, aut amplioribus culti sint  
honoribus Litterati, quam inter Iudæos  
tantum his tribuentes, ut fidem omnem vi-  
deatur superare. Maimonides enim cum loco  
citato c. 3. scripsisset: בשלושה כתרים נכתרו:  
ישראל כתר תורה וכתר כהונה וכתר מלכות;  
tribus coronis ornati sunt Israëlita, corona nem-  
pe legis, corona Sacerdotii & corona Regni, pau-  
cis interiectis addit: כתר תורה גדול משניהם  
corona autem legis antecellit utramque. Quod  
clarius exponitur in Mischnæ cod. Horaioth.  
c. 3. his verbis: אם היה ממור תלמיד חכם  
וכהן גדול עם הארץ ממור חכם קודם לכהן  
וכהן גדול si spurius sit Studiosus sapientiæ,  
sacerdos vero rudis, spurius sapientiæ studiosus  
honore superior est Sacerdote Magno indocto.

Neque stetit intra hosce cancellos ven-  
tosa hominum arrogantia, sed eo audaciæ  
processit, ut ipsis Regibus anteponeret sa-  
pientes. Nam R. Bechai cum in Kad Hak-  
kemach tit. Efel præ reliquis plangendum pro-  
nuntiasset תלמיד חכם sapientiæ studiosum,  
hanc addit rationem: שהרי אמרו בסדר  
המעלות חכם קודם למלך וכן אמרו במסכת חוריות  
פרק



פרק כהן משיח חכם שמת אין לנו כיוצא בו מלך  
 שמת כל ישראל ראוי למלך כשג והחכמה  
 מצא *Ecce (Doctores nostri) de ordine*  
*dignitatum dixerunt, sapientem potiore esse*  
*Rege. Atque sic dixerunt in Massechet Hora-*  
*joth capite Cohen Maschiach, sapientem si mo-*  
*riatur non relinquere sui similem, at vero Rex*  
*si diem obeat, omnem Israëlitam dignum esse*  
*imperio, sicut dicitur: & sapientia unde in-*  
*venietur? vid. pluribus Wilhelm. Schickard*  
*de Iure Regio Hebræorum c. 4. theor. 12. loh.*  
*Ligtfoot Hor. Hebr. in Matth. c. 23. p. m. 429.*  
 inprimis vero, qui hoc argumentum disser-  
 tatione Academica de Privilegiis Litterato-  
 rum in gente Hebræa egregie excussit Amplis-  
 simus atq; Præcellentissimus Hohenlöici Gymnasi  
 Rector & Scholarcha Dn. M. IOH. LEONH.  
 LENZIVS, fautor & Affinis meus honoratissimus.  
 Ex quibus facile est ad intelligendum, fa-  
 ctum hinc esse, ut non maxima modo He-  
 bræorum pars in tractando legis littera-  
 rumque studio operam suam poneret at-  
 que industriam, sed ex ultimis terris, qui  
 ceteros variarum rerum intelligentia ante-  
 cedere vellent, ad illorum Scholas, tanquam  
 ad sapientiæ quoddam Emporium, certa-  
 tim confluerent. Certe penes Iudæos solos sa-  
 pien-



scientiam esse, non Lactantius modo Instit. l. 4. c. 2. asseruit, sed & Tertullianus Apologet. c. 46. gentiliū Philosophiam omnem ex Hebræorum Scholis derivat: *Quis Poëtarum, inquit, quis Sophistarum, qui non omnino de Prophetarum fonte potaverit? inde igitur Philosophi sitim ingenii sui rigaverunt.* Quibus paria tradit Auctor Libri Cosri part. 2. §. 66. ubi Iudæum suum ita inducit commemorantem: כל החכמות הועתקו שרשיהן וכללם מאתנו אל הכשרים תחלה ואחר כך אל פרס ומדי ואחר כך אל יון ואחר כך אל רומי ובאורך הזמן ורב המצועים לא נזכר בחכמות *omnium scientiarum fundamenta atque principia pervenerunt a nobis primum ad Chaldaeos, deinde ad Persas & Medos, tum ad Græcos, postremo ad Romanos. Elapso autem longo tempore oblivioni datum est, scientias ab Hebræis originem traxisse.*

Quæ ne cui iactantius forte, quam verius dicta videantur, exemplo esse possunt Principes Philosophorum *Pythagoras* atque *Plato*, Præceptoribus usi Iudæis, exque illorum Scholis præcipuam Philosophiæ suæ partem mutuantes. *Pythagoram* enim, in medio relictis, quæ de eius circumcissione à *Diog. Laërtio* l. 8. *Iamblichō de vita Pythagoræ* c. 3.

Tom. I. Fasc. III.

P p

tra-



traduntur, a Iudæis plurima hausisse, veterum ad unum omnes cōsentiunt. Hermippus sane scriptor Paganus apud Iosephum L. 1. contra Apionem diserte ait: πολλὰ τῶν παρὰ Ἰσθαίοις νομίμων εἰς τὴν ἑαυτῶ μετενεγκεῖν Φιλοσοφίαν, multa eorum quæ Iudeis recepta sunt in suam transtulisse Philosophiam. Quod Origenes l. 1. adv. Celsum repetit: λέγεται Ἑρμιππον ἐν τῷ πρώτῳ πρὸ νομοθετῶν ἰσορκεῖναι, Πυθαγόραν τὴν ἑαυτῶ Φιλοσοφίαν ἀπὸ Ἰσθαίων εἰς Ἕλληνας ἀγαγεῖν. Dicitur Hermippus in primo de Legislatoribus memoriae prodidisse, Pythagoram Philosophiam suam a Iudeis ad Græcos transtulisse. Et Iosephus l. 1. contra Apionem: ἀλλὰ μὲν καὶ τὰς περὶ τῶν θεῶν τε καὶ θεῶν πρώτης παρ' Ἑλλήσι φιλοσοφῆσαντες, οἷον Φερεκύδην τε τὸν σύριον καὶ Πυθαγόραν πάντες συμφώνως ὁμολογῶσιν αἰγύπτων καὶ χαλδαίων γενομένων μαθητὰς. Sed & qui de cælestibus ac divinis primi apud Græcos sunt philosophati, ut sunt Pherecydes Syrius & Pythagoras, omnes confitentur, Ægyptiorum & Chaldaeorum fuisse discipulos. conf. Windetius de statu vita functor. sect. 5. & Iohan. Seldenus de Iure Nat. & Gent. l. 1. c. 2. Nec evertit sententiam hanc, quod Lactantius l. 4. Instit. c. 2. scribit: Equidem mirari soleo, quod, cum Pythagoras & postea Plato amore inda-  
ganda



ganda veritatis ad Aegyptios & Magos & Persas usque penetrassent, ut earum gentium ritus & Sacra cognoscerent, (suspiciabantur enim sapientiam in religione versari) ad Iudeos tamen non accesserint, penes quos tum solos fuit, & quo facilius ire potuissent. Nam si cum Iohanne Scheffero Viro Clarissimo in de Natura & constitutione Philosophiae Italica c. 4. verba Lactantii de profectione in terras Iudaeorum accipi debere dicamus, omnis forte pugna evanescet, suaque testimoniis paulo ante allatis constabit veritas. Idem de Platone sentiendum, quem etsi discipulum Ieremiae falso credidit Ambrosius, cuius errorem Augustinus erravit quidem de doctrina Christiana l. 2. c. 28. sed iterum correxit in de Civitate Dei l. 8. c. 11. nec forte a quoquam doceri potest ipsam Iudaeam eum intrasse; ad id tamen credendum facile inducimur, familiariter Iudaeis in Aegypto usum, multa quae ex eorum ore reconditae sapientiae hauserat, in suam convertisse utilitatem. Nam praeterquam quod Cicero l. 5. de finibus, Platonem Aegyptum peragrassè, scribit, ut a Sacerdotibus barbaris numeros & caelestia acciperet: (quae cur ad solos Aegyptios restringamus, exclusis Iudaeis, quorum illa aetate



ingens in Ægypto copia , commodaque cum iis versandi occasio , nulla urget necessitas, vid. *Petrus Daniel Huetius in stupenda lectionis opere Demonstrat. Evangelic. Propos. 4. p. 91. edit. Lips.*) *Clemens Alexandrinus* eum τὸν ἐξ Εβραίων Φιλόσοφον, ex *Hebraeis Philosophum* nominat , & *Ambrosius* ait: *eruditionis gratia in Ægyptum profectum, ut Mosis gesta, legis oracula & Prophetarum dicta cognosceret. Idem Aristobulus Philosophus Iudæus, apud Eusebium Præpar. Evang. l. 13. c. 12. his verbis confirmat* : Φανερόν ὅτι κατηκολύθησεν ὁ πλάτων τῇ κατ' ἡμᾶς νομοθεσίᾳ καὶ Φανερός ἐστι περιειργασμένῳ ἕκαστα τῶν ἐν αὐτῇ: διηρημνέυεται γὰρ περὶ Δημητρίῳ τῷ Φαλερέῳ δι' ἐτέρων, περὶ τῆς Αλεξάνδρου & Περσῶν ἐπικρατήσεως τὰ τε κατὰ τὴν ἐξαγωγήν τὴν ἐξ Αἰγύπτου τῶν Εβραίων ἡμετέρων δὲ πολιτῶν, καὶ ἡ τῶν γεγονότων ἀπάντων αὐτοῖς ἐπιφάνεια καὶ κρᾶτησις τῆς χώρας καὶ τῆς ὅλης νομοθεσίας ἐπεξήγησις, ὡς ἔυδηλον εἶναι τὸν περιειρημένον Φιλόσοφον εἰληφέναι πολλὰ. Γέγονε γὰρ πολυμαθὴς καδὼς καὶ Πυθαγόρας, πολλὰ τῶν παρ' ἡμῶν μετενέγκας εἰς τὴν ἑαυτοῦ δογματοποιίαν κατεχώρῃσεν. *Constat legum nostrarum instituta sequutum esse Platonem, & in singula eorum capita curiosius inquisivisse liquet. Nam etiam ante Demetrium illum Phalereum adeoq.*

ante



ante Alexandri & Persarum imperium ea iam omnia Græce ab aliis conversa fuerant, quibus illa Hebraeorum popularium nostrorum ex Aegyptoeductio, & omnium quæ illis contigerunt ratio insignis, & occupatio regionis & totius legislationis expositio, ita ut manifestum sit, memoratum Philosophum multa sumsisse. Fuit enim lectionis plurima, ut & Pythagoras, qui multa è nostris in sua dogmata transtulit. Quem sequutus Iosephus l. 2. contra Apionem scribit: Μαλιστα δὲ Πλάτων μεμίμηται τὸν ἡμέτερον νομοθέτην, καὶ τῷ μηδὲν ἔτῳ παιδεύμα προστάττειν τοῖς πολίταις, ὥς πᾶντας ἀκριβῶς τὰς νόμους ἐκμανθάνειν. Plato autem imitatus est nostrum legislatorem in hoc quoque, quod civibus sic præceperit, ut omnes accurate leges discerent.

Quorum auctoritatem utrum summi Viri, Criticorumque hodie facile Principis, Iohannis Clerici rationes, Epistol. Critic. 7. allatae, elevare possint, nobis nunc equidem arbitrari, neque vacat, neque libet, ostendisse contentis, Scholarum Originem cum rerum principio esse coniunctam, exque iis, tanquam ex equo Troiano, quidquid usquam Litteratorum est, prodiisse, ob eamque rem tanto respublicas administrari



felicius, quanto, qui iis præsumunt, in hanc curam atque cogitationem incumbere acrius solent, ne quid Scholastica res capiat detrimenti. Quod idem e genuinis antiquitatum monumentis ad liquidum perducere facile possemus, nunquam Romanorum res altiore aut gloriæ, aut felicitatis stetisse fastigio, quam cum partam foris usu rei militaris fortunam, interiorum Litterarum cultu domi roborassent: nisi & chartæ angustia, qua circumscribimur, ut, quæ in hanc rem dici possent, in aliud differamus tempus, iuberet, & exempla, quorum in Patria est affatim, aliunde conquirere, alienum prorsus videretur. Quanta enim benevolentia *Amplissimi Reipublicæ nostræ Patres conscripti* exceperint Musas, quanta foverint liberalitate, quanto deniq; honore coluerint, ex quo *Gymnasium hoc* magnis olim sumptibus constitutum, maiori impensa conservatum, maxima cura atque studio ad tantam, quantam posset maximam, evehere lucem, pro summo, quo in litteras feruntur amore, cupide elaborarunt, quis est Hallensium rerum tam incuriosus, quin intelligat? Idem, evecto nuperrime e cathedra Scholastica ad Ecclesiasticam



sticam Viro Plur. Reverendo atque Pracellentissimo Dn. M. IOHANNÉ MICHAELÉ BONHÖFFERO (a) Gymnasii nostri primum ConRettore, dein Rectore & Professore 30. amplius annos meritisimo, Fautore atque Compatre meo honoratissimo, cum mihi, qua sunt erga me benevolentia, Scholam committerent regendam, dato non modo successore dignissimo Reverendo atque Praclarissimo Dn. NICOLAO WILHELMO SEYBOTHIO, (b) Geislingensium Pastore vigilantissimo, sed Tertianorum præterea cætui præposito Dn. IOHANNÉ GEORGIO MEYERO, (c) Illustrissima Iuventutis Hohenlohe-  
Pp 4 Langen-

(a) Ad ultimum Pastorem in summo templo, quod S. Archangelo Michaëli antiquitas sacra vit. Beate obiit ante hos undecim años: Is MICHAEL WENGERO (vid. Fasc. I. p. 19. 20. & Fasc. III. p. 465.) exeunte sæculo XVII. in Rectoratu Gymnasii nostri successor datus est. In quo ipso munere M. Io. MICH. BONHOEFFERUM, An. 1707. excepit Io. LUD. SEIFERHELDIUS, (conf. Fasc. I. p. 1.) quem An. 1716. secutus est Io. GE. MEIERUS, qui hodieque Gymnasio nostro moderando magna cum laude præest, cuiusque est programma, quod Fasc. II. primam Sectionem ornat.

(b) vid. huius Sylloges Fasc. I. p. 18. 19.

(c) conf. quæ paullo ante sub finem notæ (a) dicta sunt.



*Langenburgica* hucusque *Præceptore fidelissimo*; Novo sane, eoque luculentissimo exemplo, quantæ ipsis curæ essent Scholæ, fecere testatum. Quorum benevolentiam ut grata demissaq; mente agnoscere omnino decet, & in id unum omnes ingenii nervos intendere, ut tantorum Mæcenatum atque Patronorum expectationi, quanta possumus animi contentione, satisfacere studeamus: Ita, ne Spartam delatam inauspicato, & illotis, quod dicitur, manibus adeamus, etiam atque etiam elaborandum nobis erit.

Itaque quod bene vertat, auspicalibus Orationibus, auctoritate *Amplissimi Dnn. Scholarcharum ordinis*, auspicioque *Magnifici Dn. IOHANN. PETRI HEZELII, Consulis Senioris Gymnasiique Directoris gravissimi* 14to Calendarum Decembris, hora 1. pomeridiana recitandis, *Vir Maxime Reverendus, Amplissimus atq; Excellentissimus, Dn. IACOBVS REIZIVS, Ecclesiastes & Reverendi Capituli Decanus venerandus*, initium faciet Orationis gravissimæ, de laudata *Inclyti nostri Magistratus cura circa Scholam Idoneis Præceptoribus exornandā*, qua inaugurabit, veterum more, cum vitæ, tum disciplinæ genus, quod, Deo



Deo volente, proxime suscipiendum nobis erit. Quem excipiens *Plur. Reverendus Dn. BONHOEFFER*, comita de *Optimo vitæ genere juvenibus eligendo*, Oratione, optatum laboribus Scholasticis imponet finem, Scholæq; vale dicet: Tum ego, officii, quod ingressus sum, habiturus rationem, de *genuino Scholarum Scopo* verba facere constitui; *Novus vero Dn. CON-RECTOR*, מלאך הברית, *Angelum fæderis*, summum *Scholarum Patronum*, ex *Malach. c. 3.* exponet, tandem *Dn. MEYER* quæstionem: *Utiliusne privatim, an publice in Scholis iuventus erudiatur?* ventilabit, simulque *Panegyrim* decenti gratiarum actione solvet. Cui solennitati ut *Gymnasi Ephori*, *Reipublicæ Patres*, *Ecclesiarum Antistites*, & quotquot in hac urbe *Litteris*, earumque *Cultoribus* bene cupiunt, si quidem citra damnum graviorum occupationum fieri possit, interesse, *Musasque nostras* gratioſo præſentiæ suæ lumine collustrare dignentur, observanter & officioſe rogo, operam sedulo daturus, ut intelligant propediem, se non ingratum hominem beneficio affecisse, sed eum sibi iuisse devinctum, qui nemini concessurus sit, ut vel *Patronos* maiori observantia colat, vel

Pp s

Fau-



Fautorum propensionem mutuis officiis  
exsuperare studeat. P. P. Hallis Suevorum  
4. Iduum Novembris, Anni 1707.

## NOTA.

Aliud huius viri doctissimi Programma, anno  
1709. conscriptum, exhibuimus in Fasc. I. Sect.  
I. huius collectionis, ubi & de b. auctore quæ-  
dam dicta sunt, qui A. 1716. Rectoris munus  
missum fecit, & Pastoris primum, mox Sa-  
crorum nostrorum Antistitis munia nactus  
est, quæ & ad beatum usque ex hac vita ex-  
cessum A. 1725. egregie perornavit. Cetera  
illius Programmata, Orationibus eiusdem  
stipata, doctissimum Ecclesiastæ desideratis-  
simi filium, qui, ut & hoc ipso, quod recu-  
sum hic vides, Syllogen nostram ornaremus,  
benevole nobis concessit, editioni parare,  
ibidem p. 18. sq. indicatum est.





## VII.

HELII EOBIANI HESSI  
ELEGIA IN HOMERI ILIADA  
A SE LATINO CARMINE  
REDDITAM.

\* \* \*

Ad humanissimum atque ornatissi-  
mum Virum, Dn. Casparem Sche-  
tum Corvinum Patricium Antverpianum,  
amicum carissimum suum, Helii Eobani  
Hessi in HOMERI ILIADA a se Latino car-  
mine redditam, PRAEFATIO. (\*)

**I**N varias quondam partes distractus Home-  
rus,

Et lacer ingrato sparsus in orbe fuit.  
Reddidit e toto Pisistratus orbe reductum,  
Sicut ab exilio, Græcia docta tibi.  
Sed velut adsertum sibi Græcia sola legebat,  
Expers Mæonide lingua Latina fuit.

(\*) Hanc Præfationem Elegiacam in duabus  
Poëmatum Hessi farraginibus non extare, in  
Fasc. II. p. 307. observavimus. Visum vero est  
nobis, illam hic sistere ex Homeri Iliadis, ab  
Eob.



Quamvis & legerent summum Romana poetam  
 Ingenia, & tantas assequerentur opes:  
 Nemo tamen Latiae conatus tradere linguae,  
 Carmine qui vellet reddere nemo fuit.  
 Nam quid pauca morer, quae tanquam vana  
 iacebant

Fragmina, vix aliquo lumine digna legi?  
 Quid loquar, ut numeris, & Graeca luce ca-  
 rentem

Desierint homines vatis habere loco?  
 Adde, quod eximium divini carmen Homeri  
 Nituit hac multo conditione magis.  
 Donec in hac etiam loca migraretis Athena,  
 Nostraque facta ferè Cecropi lingua fores.

Tum

---

Eob. Hesso latino carmine redditæ, prima  
 editione, Basil. 1540. 4t. mai. procusa, de qua  
 ibidem, p. 306. nonnulla monuimus, confer  
 I. A. Fabricii Bibl. Gr. Vol. I. Lib. II. Cap. III. §.  
 XVIII. p. m. 298. sqq. ubi & de hac, & de aliis  
 Homeri translationibus erudite egit, ad quem  
 locum addi potest, quod nupr. ex Pinacothecæ  
 Beneventanæ p. 168. sq. lectores suos docuit  
 I. C. Colerus Anthologiæ T. I. Fasc. II. p. 153.  
 Nic. Francum Hetruscum in linguam transtulisse  
 Homeri Iliadem, & Odyssæam eodem modo inchoasse,  
 uti p. 155. coll. p. 159. legere est. Ceterum quod  
 stilo pedestri poema suum Scheto haud dedicaverit  
 Hessus, causam reperi in Fasc. II. p. 399. huius Sylloges.



Tum docti agricola nostros sparsere per agros,  
Sed tantum partes messis Homere tua.  
Ipse quoque in partes ausus venisse, ferebam  
Pauca laboranti farra resecta manu.  
Territus inde gravi subeundi mole laboris,  
Abieci irata pondera vasta manu.  
Iam securus eram, iam liber, & ocia spectans,  
Ditia Meonida rursus in arva vocor.  
Etiam ter duo transferant sine messibus anni,  
Tam neglecta diu cum seges ista foret.  
Cum subito aggressi me non paterentur amici,  
Ocia secura libera mente sequi.  
Quos inter primus cum noster Oporinus esset,  
Contendens nostri hoc esse laboris opus:  
Cur non ingenue fatear, tibi Oporine soli  
Deberi Latio carmina versa pede?  
Is tibi Meoniden Romana voce loquentem  
Per nos, quale vides, munus habere dedit.  
Huic etiam, quod prodit opus sine crimine mende,  
Est opus acceptum Teutoni fama feras.  
Si quoque cura aliquid versi debetur Homeri,  
Hunc tu Chimerinon dixeris esse, licet.  
Tertia debetur tibi laus carissime Caspar  
Schete, domus meritò gloria prima tua.  
Nam cum sis opibus pollens, & divite censu,  
Et studia ad tantas accumularis opes,

Ma.



Maior ab ingenii te gloria laude sequetur,  
Quam qua divitiis posset inesse tuis.

Divitias siquidem comitatur saepe voluptas,  
Artibus ingenuis noxia mille modis.

Vera tamen pariunt studiorum gaudia Musæ,  
Summa voluptatis non habet ista modum.

Adde quod illecebra, qua scrinia plena sequun-  
tur,

Momento veniunt intereuntque brevi.

Musa voluptates quas parturit inclita, vivunt,  
Et solida duro stant adamante magis.

Non opus exemplis, quorum tot millia nemo,  
Qui memorata alii nesciat, esse potest.

Hoc tamen eximium: nisi Musa fuisset Homeri,  
Tempore perpetuo Troia sepulta foret.

Nec modo magnanimum quisquam meminisset  
Achillem,

Nec labor extaret fortis Vlyssæ tuus.

Musa dat aternos veris cultoribus annos:

Quam patiuntur opes, carmina morte carent.

Tu quoque non opibus tantum confise superbis,  
Longe alia famam conditione paras.

Sic etenim doctas sequeris Corvine sorores,

(Coniunctum hoc Scheto iam tibi nomen erit)

Sic colis Aonidum sacri pia numina fontis,

Vt credi possis progenuisse domi.

Nec



Nec minus accedunt tibi turba domestica Musæ,

Quam quæta quæ mæstas gaza tuetur opes.

Tam tenerum docta modularis arundine carmen,

Quam quod Pierides vix cecinisse queant,

Idque ætate virens, & adhuc iuvenilibus annis,

Atque hæc prima tui munera veris habes.

Floret in æstatem tibi messis amœna futuram,

Fructibus autumnû vix habitura locum.

Nec tibi divitiæ plus tempora sera levabunt.

Quam quæ te studiis aucta videbit hyems.

Fœlix, qui vitæ totum digesserit annum,

Hoc quo tu veris tempora more locas.

Non illum temerè robusta fefellerit ætas,

Illi quo senium triste levetur erit.

Non illum veniens mors opprimit atramentem,

In sua semper enim fata paratus erit.

Quin etiam post fata manens erit ille superstes,

Qui sic & Charitas Pieridasque colit.

Quare age, mactæ nova virtute, atque indole  
tali,

Cassar in æternos hinc abiture dies.

Iam tibi grande tua nomen virtute paratum est:

Nec dubita, nostro carmine maius erit.

Nec tamen è nostro tibi tanta labore futura est,

Quanta è Mæonide gloria divitiis.

Quas tibi nunc, Latia donatas munere linguæ,

Inscriptas, utinam munera grata, damus.

Accipe



*Accipe digna tuis virtutibus omina tantis,*

*Qua facilem sternant ad meliora viam.*

*Accipe Maonida divinum carmen Homeri,*

*Expressam Latiis versibus Iliada.*

*Se tibi Romanus debere fatebitur, orbis*

*Qui Danao totus noluit ore loqui.*

*Non quia iam Graia sint iura incognita linguae,*

*Et tantis careat nostra iuventa bonis,*

*Sed quia ab exemplo pulchrum est prodesse, nec  
ulla*

*Consulitur studiis conditione magis.*

*Adde quod Argivo quicumq; erit ore disertus,*

*Illius & linguae compos & huius erit.*

*Maonidem proprio mavult legere ore loquentem,*

*Quam dantem externis commata fracta  
modis.*

*Et venerabilior suus est & maior Homerus,*

*Da veniam, viciis obruor ipse meis.*

*Graia magis penetrant animos, & pectora mul-  
cent,*

*Nescio quid peius lingua latina sonat.*

*Grande opera precium tamen hoc, me iudice,  
visum est,*

*Graca prius, pueris facta latina legi.*

*Inde ut ab exemplo veluti maiora sequuti,*

*Proposita inciperent currere velle via.*

*Nostra.*



Nostraque fonte suo ceu derivata videntes,  
De proprio mallent hausta bibisse lacu.  
Nec tantum pueris, quibus inservisse decorū est,  
Hæc data, per Musas, ut legerentur erant:  
Quin etiam doctis, spes est bona, posse probari  
Carmina non cæci facta latina senis.  
Nam bona si Græcis quæ sunt, bene vertere laus est,  
Inde mihi laudis spes aliquanta fuit.  
Quamvis ô utinam tam temporis ista fuisset,  
Quam fuit eventus causa probata mihi.  
Nam nimis ad metam festinavere iugales,  
Queis nimium currus creditus iste fuit.  
Si qua leges igitur properæ neglecta Thalia,  
Da veniam: lapsus impetus omnis habet.  
Cætera quid referam, quæ me potuere morari,  
Difficile è Græcis reddita mille locis?  
Nam quis id assequier se speret posse, Latinis  
Ut numeris numeros exprimat Argolicos?  
Quos dum circuitu verborum expendere conor,  
In brevis immensum pagina crescit opus.  
Quocirca moveare nihil, si grandior exit  
Ilias, in patria quam fuit ante sua.  
Huius causa fuit Latii sermonis egestas,  
Si linguæ spectes uberioris opes,  
Si qua novata etiam patrio de more legentur,  
Scito ea versa aliter non potuisse dari.



Quanquam & pauca eadem, ceu sparsa parerga  
videbis,

Et venia dices digna fuisse sua.

Quin etiam ornatum quendam traxisse putan-  
tur,

Qua peregrina aliqua parte figura novat.

Auribus & quadam quia sint insueta Latinis,

Hoc nova sunt, speciem quod novitatis habent.

Nec metuo invidiam, nec me ulla calumnia ter-  
ret,

Non his ipse malis liber Homerus erat.

Hac ego iamdudum videor sprevisse, nec ullum

Quisquis es e nobis Zoile nomen habes.

Ergo nec invidia mihi respondere necesse est,

Qua me si qua manet, iam quoque spreta  
iacet.

Ad te iterum redeo, cui nostri summa laboris,

Et nova, sic merito, cura dicanda fuit.

Adfere Maoniden Caspar tibi Schete dicatum,

Hac est officii cura futura tui.

Adserere ut possis, per nos tibi strata palestra est,

Hoc quod de vatium principe carmen habes,

Nec te commoveant, quos lingua cura Latina

In diversa nocens devia pene rapit.

Quos sua delectant nimium, dum scripta Ma-  
ronis

Maonida magno preposuisse student.

Est



Est Maro (confiteor) cui par non possit haberi:  
Sed quantus tamen est, tantus Homere tibi est.  
Congressum stolido culpant Diomedea Glaucos,  
In verbis aliquem non habuisse modum.  
Aiacem collatum asino, Troum agmina miscis,  
Quæque eadem toties sit repetisse nefas.  
Plurima præterea doctis censenda relinqui  
Iudicio, malim, quam statuisse meo.  
Aptius ista licet cuncta expressisse Maronem  
Sit verum, & vero iudice, nemo neget:  
Non tamen hinc magno sua laus aufertur Homero,  
Et magis hæc ipsum qualiacunque decent.  
Sicut in antiquis delectant plurima templis,  
Suspensosque oculos, signa, videntis habent.  
Sic quæ simpliciter toties repetivit Homerus,  
Admiranda magis, quam iugulanda puta.  
Ista vetustatem purissima forma decebat,  
Posteritas facta est ingeniosa magis.  
Quamvis ingenii fuerit fons primus Homerus,  
Ex quo non solus laverit ora Maro.  
In reliquis quanta est facundia, quanta potestas,  
Cogere quos animos, in sua vota, volet?  
Quod mare, quis torrens, quis lapsus ab æthere  
nymphis  
Omnia prosternens, fortior esse queat?  
Non tamen hic animus laudes describere Homeri,  
Virtutesve omnes enumerare, fuit.



Nunc igitur calamum reprimens, te Schete precabor,

Quantum sustineas emediteris onus.

Quanta tibi incumbat tantarum sarcina rerum,

Qua levius caelum sustinuisset Atlas.

Si tamen in chypeo, terras, mare, sidera Achilles

Pertulit, hoc pondus tu quoque forte feres.

Namque quid addubites validos aptare lacertos?

Quae sublata iuvant pondera, ferre leve est.

Ponderis hac tibi erit moles, ea cura ferendi,

Nostra patrocini scripta levare tuo.

Si quis, ut est vulgi petulans furor, ista lacessat,

Non mea, sed Scheti Casparis esse sciat.

Hic quoque Corvini memor ut cognominis esses,

Historiae ratio te monuisse potest.

Quaquam cura nihil nos debuit ista morari:

Omnia, vaticinor, spe meliora cadent.

Accipiet placido Latiam Germania vultu

Iliada, & laudes credet habere suas.

Forſitan &, quas nostra videt vicina, gentes

Nostra, nec averso lumine, scripta legent.

Tu quoque non alia melius ratione fereris

Inclytus, & famæ letus honore nova.

Cuius, quæ leget hoc in magnū carmen Homerum,

Posteritas omnis testis & author erit.

MARNBURGI, xv. Martii, M. D. XL.

VIII.





## VIII.

Auctoris Epistola ad Virum  
quendam celeberrimum pridem  
exarata, qua argumentum philo-  
sophicum de conscientia nonnihil  
illustratur.

\* \* \*

*Vir excellentissime, Patrone  
gravissime!*

Cum nunquam non alacri quadam ani-  
mi cupiditate eam soleo occasionem  
amplecti, qua pietatem adversus TE & ob-  
servantiam meam incredibilem TIBI pro-  
bare contingit: tum in præsens singulari id  
ipsum voluptate facere festino, ex quo —  
nuper communicatæ mecum de conscien-  
tia sententiæ tuæ expendendæ nonnihil me-  
ditationis tribueram, qua gravissime existi-  
mas, post tot præstantium virorum in hoc  
genere elucubrata scripta, nihilominus  
hanc ipsam de conscientia doctrinam tan-

Qq 3

cis



tis implicatam controversiis, torque obstructam esse difficultatibus, ut post amplam eorum messem non plane nullum spicilegium superesse videatur. Iam etsi id mihi minime sumo, ut illis nodis dissolvendis parem me esse confidam, qui imbecillitatem ingenii mei ultro agnosco: liceat mihi tamen in hoc argumento nonnihil illustrando, tuis, VIR Excellentissime, vestigiis insistere atque ad tuum ductum dicenda exigere. Quare observanter peto obsecroque, ut me errantem corrigere, atque in viam reducere ne graveris.

Atque ut tandem rem ipsam breviter attingam, quamvis alias abhorreere soleo ab illa nimia partitionum & distinctionum multitudine, quæ, tantum abest, ut lucem sæpe rebus affundant, ut haud raro eas in se claras & facile cuiusvis intellectui patentes, obscuras demum efficiant: tamen in hac doctrina distinctas notiones & congruas distributiones maximopere existimo necessarias, cum sine hac generum partitione in illa illustranda recte versari vix liceat. Prætermittere autem iam libet ipsam vocis derivationem, & alias, quæ circa vocabulorum significationes varias, institui

alias



aliàs solent quæstiones; rem potius ipsam statim aggredior, conscientiamque sic definio, quod sit ratiocinatio mentis de actionibus nostris ad legem relatis. Exinde nulla difficultate patet, *ad conscientiam tria requiri, accuratam nimirum legis notitiam, tum cognitionem facti nostri, denique huius ipsius cum lege comparisonem.* Si legis absit notitia, conscientia, si recte loqui velimus, nulla datur: neque enim de actionibus infantum dicimus, quod sint ex dictamine conscientiae perpetratae, cum illi usu recto rationis atque adeo notitia legum careant. Inde vero liquet, nec nasci nobiscum conscientiam, sed demum educatione, & institutione, crescente ætate, acquiri. Ad factum nostrum quod attinet, vel illud iam est patratum, vel id demum agimus, ut patrare velimus. Duo itaque conscientiae hac ratione consideratae sunt genera: unum eorum est, qui ratiocinantur de actione adhuc suscipienda, & hæc conscientia appellatur *antecedens*, quia præcedit ipsum factum nostrum; alterum est eorum, qui argumentum instituunt de actione iam perpetrata, atque hoc in sensu conscientiam vocamus *consequentem*, cum per-



acta iam actione, hanc ad legem referimus. Quemadmodum vero non unius generis actiones solent ab hominibus suscipi, sed aliae cum lege comparatae congruunt, & bonae dicuntur, aliae ab illius praescripto discrepant, quas malas appellitamus: duplex inde resultat conscientiae consequentis partitio. Nam quando facta nostra legi respondent, conscientiam fovemus *bonam*, contra ea, si haec illi adversantur, *mala* sit conscientia, necesse est. In omni vero actione sive iam patrata sit illa, sive demum patranda, fit, ut conscientia nostra, quando illam ad legis regulam exigit, & ex hac de eiusdem bonitate aut pravitate iudicium fert, vel definiat ratiocinationem, vel circa illam fluctuet atque haereat. Inde est, ut & conscientiam commode vel in *definientem*, vel *fluctuantem* dispescamus. Atque illa quidem, quando de re aliqua, sitne agenda, an omittenda, bene quidem iudicat, rationes vero certas & immotas dare omittit, recta appellari consuevit. Veluti si quis iudicat, promissis esse standum, recta gaudet conscientia: nam ex ipsa explicatione legum naturalium patescit, id voluntati divinae conforme esse. Sed ex hac ipsa

recta



rectæ conscientiæ appellatione duæ prove-  
niunt aliæ distributiones. Nam si quando  
contingit, ut de actione quadam suscipien-  
da, aut intermittenda, recte quidem infor-  
matus sit intellectus noster, suamque sen-  
tentiam certis & indubiis argumentis confir-  
mare norit, exempli causa, suum cuiq; esse  
tribuendum, pacta esse servanda, ac quod  
per hoc ipsum promissû & consensum mu-  
tuum ius in alterum contulimus, rem pro-  
missam plene & perfecte a nobis poscendi,  
& quæ plures aliæ rationes ex ipsa indole  
pactorum petita, insuper addi possunt:  
conscientiam habemus *certam*. Eandem  
vero de promissis servandis sententiam, in  
se quidem veram, quippe lege naturali præ-  
ceptam, si nullis rationibus, ex ipsis rerum  
principiis repetitis, adeoque indubiis, sta-  
bilire queamus, sed rem ipsam quidem per-  
agimus, quia a plerisque eam fieri obser-  
vamus, & quod parentes, magistri aliique  
homines, eam faciendam esse, nobis sic per-  
suaserunt: conscientiam quidem exinde  
nonnisi nanciscimur *probabilem*. Verum an-  
tequam progrediar ad alteram partitionem,  
quam supra dedi, quando conscientiæ de-  
finienti *fluctuantem* opposui; paucis confi-  
deran-

Qq 5

deran-



deranda est distinctio, qua rectæ, quam hactenus exposui, *erronea* contradistinguitur, veluti cum intellectus circa actionis alicuius commissionem vel omissionem in errore versatur, & falsa de eadem iudicia profert. Duplici vero ratione id fieri posse, constat; sæpe enim mens nostra in sua ratiocinatione fundamenti loco constituit falsum quoddam principium, v. gr. cum B. Luthero falsus conductus ab Imp. Carolo V. antea dari promissus, Pontificiorum quorundam persuasione, denegandus esset, ex principio eorum falso atque erroneo: Hæreticis fidem non esse servandam. Sed & *erroneam* quis fovere potest conscientiam, ubi quidem in ratiocinatione sua, vera principia adhibet, sed ea pessime applicat. Ut si quis sciat, afflictis & pauperibus stipem esse ferendam, pecuniam ditiori clam subtractam illis gratuito erogaret. Ad *fluctuantem* conscientiam ut tandem perveniam, generatim de illa tenendū est, intellectum tunc circa actiones suscipiendas, vel iam iam susceptas hæsitare, neque audere, certi quid de illis determinare. Est vero illa vel *dubia* vel *scrupulosa*. Atque illa quidem semper antecedit actionem, soletque tunc evenire,

ut



ut nobis in re potissimum magni momenti, ex utraque parte sæpe offerantur rationes, saltem externa specie unius ponderis nobis visæ. Quando itaque tali in casu mens hæsitat, neque utræ præponderent, satis intelligit, adeoque ad agendum certo se determinare nescit: oritur inde conscientia *dubia*; sicuti cum post susceptam actionem scrupulus aliquis in mente remanet, quamcunque ob causam ille oriatur, atque hac ratione de ipsius actionis vel bonitate vel malitia dubii sumus; conscientia *scrupulosa* exinde resultat, id quod exemplis quotidie obviis facile potest illustrari. Hæc adeo sunt, Vir Excell. quæ breviter, & exercitii causa, hoc de argumento commentari volui; neque vero restarent nullæ, quæ circa idem formari possent, quæstiones: sed limites epistolæ transgressus, præterire eas cogor. Cæterum ut hæc ipsa æqui bonique consulas, & sicuti bi erravero, quod in tam arduo argumento facile fieri potuit, benevole emendes, meque & in posterum favore tuo complecti pergas, est, quod ad postremum omni observantia abs Te contendo.

Vale.

IX. ORAI.



IX.

## ORAI SON

POVR

ANTOINE ET IANE,

*Roy, & Royne de Navarre, au**Pape Pie Quatriesme,*

Prononcée par M. Antoine

Muret. (\*)

A LYON,

PAR MICHEL IOVE,

M. D. LXI.

AVEC PRIVILEGE.

Nous

(\*) M. Ant. Mureti Orationum, Epist. & Poëmatum editio nova, eaque aucta annotationibus quibusdam, & recens adiecta præfat. prodiit Lips. 1726. 8. vid. Nova liter. 1727. p. 743. sq. ex quorum pagina 833. sq. edocemur etiam, Opera Mureti omnia, Tomis IV. ad normam Lipsiensis Editionis, cum M. Thomasi notis, uti titulus habet, nunc Veronæ iunctim edi coepta esse, præmissa vita nova ipsius Mureti, & nova de eiusdem operibus & editionibus differt. Hanc orationem Gallicam, quæ & latine inter Orationes Mureti, Vol. I. num. VI. extat, raram hodie, recudi iubemus, si forte cuipiam volupe fuerit, eam cum latino illius exemplo, modo dicto, conferre.



**N**OVS Antoine d'Albon Abbé de Sauvigni & de l'Islebarbe en Lyonnois Lieutenant general pour le Roy audits pais en l'absence de Monseigneur le Marechal de Saint André. A tous ceux qui ces presentes verront sçauoir faisons, que veu l'oraison faicte par Maistre Antoine Muret par deuant nostre Saint pere le Pape, contenant la fidelité & obeissance faicte par le Roy & Royne de Nauarre à sa Sainteté, Nous auons permis & permettons par ces presentes à Michel Ioue Libraire demeurant en ceste ville de Lyon, d'icelle oraison tant en Latin qu'en François imprimer ou faire imprimer & exposer en vente: & deffendu à tous autres Libraires Imprimeurs & porteurs de liures de ceste dicte ville de Lyon de icelle imprimer, faire imprimer, ou exposer en vente, pour le temps & terme de troys ans, sur peine de confiscation de ce que sera tiré, imprimé ou mis en vente par autre que ledict Ioue, ou ses commis & deputez, & d'amande arbitraire. Faict à Lyon le 27. de Ianuier, 1560.

Gay.

ORAI.



ORAISON DE MARC.  
Antoine Muret au Pape  
Pie quatriéme.

PRONONCEE A ROME AV NOM DE  
ANTOINE DE BOVRBON, Roy de Navarre,  
& de IANE D'ALBRETH, Royne & Princeſſe  
de Bear, &c. le quatorziéme de  
decembre, M. D. LX.

**T**Reſſaint Pere, ſi les occasions des temps,  
telz qu'ilz ont eſté, euſſent concedé an-  
tant de loyſible commodité à tresfidele ANTOI-  
NE Roy de Navarre, & tresilluſtre Royne IANE  
ſon eſpouſe à declairer la ioye de voſtre Ponti-  
ficat promptement, & ſans entrepoſer dila-  
pag. tion: comme la nouvelle leur en a apporté  
4. d'eſiouyſſance: ilz n'eueſſent rien eu en plus  
grande recommandation, que de incontinent  
envoier homme vers VOSTRE SAINCTETE,  
qui en leur nom euſt annoncé leur gratula-  
tion du ſouverain honneur advenu à voſtre  
perſonne, ſouveraine louange de prudence au  
ſainct college, & congregation des Reveren-  
diſſimes Cardinaux, & à toute la Chreſtienté  
grande, & preſque certaine eſperance de re-  
couverer ſon antique dignité. Mais pource  
que



Phocylydis poema ad bene beate-  
que vivendum.

Omnia hæc cum interpretatione  
latina.

Introductio perbrevis ad hebrai-  
cam linguam.

Erasmi Roterodami opusculum de  
octo partium orationis constru-  
ctione. Venetiis in ædibus Aldi  
& Andreas Soceri. M. D. XXIII. 4.

1524. { Odyssæa Homeri.

{ Batrachomyomachia.

{ Hymni XXXII. Venetiis in ædi-  
bus Aldi & Andreas Asulani So-  
ceri. M. D. XXIII. 8.

1525.



1527. { Prisciani Grammaticæ Sarienſis libri omnes.

{ Rufini de metris comicis & oratoriis numeris. Venet. in ædib. Aldi & Andreae Aſulani Soceri. M. D. XXVII. 4.

Pyrrhi Perotti Sypontini cornucopiæ, ſive linguæ latinæ commentarii (*eodem ordine, quo ſupra ad A. 1513. extant, niſi quod hic accedunt*, Michaelis Bentini Caſtigations in Nonium, obiterque in Varronem & Feſtum, ex veterum codicum fide.) Venetiis in ædibus Aldi, & Andreae Aſulani Soceri. M. D. XXVII. in f.

1536. { Laurentii Vallæ elegantiarum L. VI.  
{ Eiusdem de Reciprocatione Sui & Suus, L. I.  
{ Venetiis in ædibus hæredum Aldi & Andreae Aſulani Soceri. M. D. XXXVI. 4.

C. Plinii Secundi Hiſt. Nat. Pars I. Venetiis in ædibus hæredum Aldi & Andreae Aſulani Soceri, M. D. XXXVI. 8.

C. Plinii Secundi Hiſt. Nat. Pars III. ibid. 8.



1552. { M. T. Cic. De Philosophia Pars I.  
 editionis primæ liber secundus,  
 editionis secundæ liber primus.  
 { De finibus bonorum & malorum  
 L. V.  
 { Tusculanarum quæstionum L. V.  
 cum scholiis & coniecturis Pau-  
 li Manutii. Venet. apud Aldi fi-  
 lios. M. D. LII. 8.
- { M. T. Cic. de Philosophia Volumen  
 secundum. De Natura Deorum,  
 L. III. De divinatione, L. I.  
 { De fato, L. I. De legibus, L. III.  
 { De universitate, L. I.  
 { Q. Cic. de petitione consulatus  
 ad Marcum fratrem, L. I. cum  
 scholiis & coniecturis Pauli Ma-  
 nutii. Venet. apud Aldi filios.  
 M. D. LII. 8.
- { M. T. Cic. Officiorum L. III.  
 { Cato Maior, vel de Senectute.  
 { Lælius, vel de Amicitia.  
 { Paradoxa Stoicorum VI.  
 { Somnium Scipionis ex L. VI. de Re-  
 publ. Venetiis apud Aldi filios.  
 M. D. LII. 8.



1554. M. T. Cic. Orat. Pars I. cum correctionibus Pauli Manutii. Venet. apud eundem Aldi fil. M. D. LIIII. 8.

M. T. Cic. Orat. Pars II. cum correctionibus Pauli Manutii. Venetiis apud eundem Aldi fil. M. D. LIIII. 8.

M. T. Cic. Orat. Pars III. cum correctionibus Pauli Manutii. Venetiis apud eundem Aldi fil. M. D. LIIII. 8.

M. T. Cic. Epist. ad Atticum, ad M. Brutum, ad Quintum fratrem, cum correctionibus Pauli Manutii. Venetiis apud eundem Aldi fil. M. D. LIIII. 8.

[ Rhetoricorum ad C. Herennium. L. III.

] M. T. Cic. de arte Rhetorica L. II.  
Eiusdem ad C. Trebatium Topicæ.

[ Eiusdem de partitione Oratoria  
Dialogus. Venetiis, apud Paulum Manutium Aldi fil. M. D. LIIII. 8.

[ M. T. Cic. De Oratore, L. III.

] De Oratoribus, alias Brutus, L. I.

] De optimo genere Oratorum L. I.  
cum correctionibus Pauli Manutii.



nutii Venet. apud eundem Aldi  
fil. M. D. LIIII. 8.

Oribasii Sardiani Synopseos ad Eu-  
stathium filium L. VIII. quibus tota  
Medicina continetur. Interprete  
Io. Baptista Rasario, Novariensi  
Medico. Venet. apud Paul. Ma-  
nut. Aldi fil. M. D. LIIII. 8.

1556. M. T. Cic. Epist. Famil. cum Scholiis  
Pauli Manutii eiusdemque corre-  
ctionibus. Venet. apud Paul. Ma-  
nut. Aldi fil. M. D. LVI. 8.

1559. C. Iul. Cæs. Commentar. de bello  
Gallico L. VIII. &c. (*vid. editionem*  
*an. 1513. nisi quod huic accesserunt*  
*correctiones Pauli Manutii.*) Venetiis  
ap. eundem Aldi fil. M. D. LVIII. 8.

1561. Terentius a M. Antonio Mureto  
emendatus. Venetiis apud Aldum.  
M. D. LXI. 8.

1562. M. T. Cic. Orat. Pars II. cum corre-  
ctionibus Pauli Manutii. Venetiis  
apud eundem Aldi fil. M. D. LXII. 8.


1563. M. T. Cic. Epistolæ ad Atticum, ad  
M. Brutum, ad Quintum fratrem,  
cum correctionibus Pauli Manutii.  
Venet. apud Aldum. M. D. LXIII. 8.

1565:



1565. M. T. Cic. de Philosophia Volumen  
II. Venet. apud Aldum M. D. LXV. 8.  
1570. M. T. Cic. Epistolæ ad Atticum, ad  
M. Brutum, ad Quintum fratrem.  
Cum correctionibus Pauli Manu-  
tii & annotationibus D. Lambini.  
Venetiis ex Biblioth. Aldina.  
M. D. LXX. 8.  
1571. Pauli Manutii Epistolarum L. X. eius-  
demque Præfationes. Venetiis in  
ædibus Manutianis. M. D. LXXI. 8.

*ALTORFII, A. R. S. clō Iccc XXVII. (\*)*



XI.

CHRISTIANI VEIHELLII,  
in diem natalem IESV Christi  
meditatio, carmine ele-  
giaco reddita.

**Q**uid video? mirum. Quid nam hic ia-  
cet? hem puer infans  
In vili positus sub bovis ore, loco.

Qua-

---

(\*) Indicem bibliopolii Aldi A. 1514. se ha-  
buisse testatur Spalatinus in epistola huius Syl-  
loges Fasc. II. p. 368 inserta, Conf. Maittaire  
Annal. Typogr. passim.



Qualis deserta hæc paupercula virgo puel-  
la est?

Hancce tremens oculis aspicioq; verens.  
Quæ mihi laudantum dominum pertingit  
ad aures

Musica dulcisonans? Ecce stupenda DEI.  
Cernitur externis oculis mihi sanctus Iesus:  
Semen, quod partu casta Maria tulit.  
Scilicet astuti trivit caput hocce draconis;  
Sancta pio soboles prodita Thariade:  
Quæ tulit amissam serpentis fraude salutem,  
Ac meruit vitam iustitiamque DEI.  
Edidit hunc casto pia virgo puerpera nixu,  
Quem sacra concepit numinis aura Deum.  
Is foret ut miseris mortalibus anchora,  
portus

Adversus Stygi tela cruenta ducis.  
Nonne DEI genus es Belial grassatus in  
omne

Viventes tristi perdere morte volens?  
At tu dispereas, puero a superatus inermi,  
Arma terente quibus tute minatus eras.  
Nunc chorus Angelicus cantare epinicia  
gaudet

Fertque Evangelium nuncia turba Viris.  
Gloria sit summo coelesti in limine Patri:  
Aurea pax tibi sit, terra subacta polo:  
Mor-



Mortalesq; datrix vobis propensa voluntas  
Lætitiæ, ob magni munera tanta DEI.  
Salve, Christe puer, nostrum Salvator Iesus:  
Ob mea qui pariter crimina factus ho-  
mo es.

Servorum miserere Deus, miserere piorum,  
Nos releva mœstos, & nova corda crea.  
Vivificamq; fidem nobis in mente creato,  
Quæ nos stelliferi ducat ad astra poli.  
Quo te ibi perpetua celebremus laude beati,  
Aspectuque tuo Christe fruamur, Amen.

\* \* \*

Ἔἰς τὰ Γενέσια Ἰησοῦ Χριστοῦ, μελέτη.

Ὡ τί βλέπω; οἷον τόδε θαῦμα; τις ἐνθάδε  
κεῖται;

ὥς ἐς' ἐν Φάλην κείμενον ἡδὺ βρέφος.

Ες' ἀβοήθητον κέρη τε πένησά τις αὐτῇ;

ὥς ἐμὲ σφόδρα σέβας εἰσορόωντα ἔχει

Πόιν δ' ἡμερόεσσαν ἀκῆσ' ἐμοί ἐσιν αἰοδὴν

Κύριον ὑμνούντων; ἢ μέγα θαῦμα Θεῷ.

Θεῖον καὶ χαρίεντα ὁρῶ σωτήρα Ἰησοῦν:

Φίτυμα τῆς ἀγνῆς ἱερῆς ἐκ Μαρίας.

Τὸ πᾶν συντρέψαν κεφαλὴν αἰνῶιο Δράκοντος.

Πίσχ' τ' ἀβράμῃ ἱερὸν ὄντα γόνον.

Ἐν αὖδ' εὐφροσύνῃ γένετ' ἐμινύθισα βροτοῖσι,

ζωὴ τ' εἰρήνη, καὶ δικαιοσύνη.

τὸν



Τὸν δ' υἱὸν μήτηρ τεκε παρθενική τε Φύγανδρ<sup>ο</sup>,  
 Συλληφθέντα θεῶ πνεύματ<sup>ο</sup> ἀπ' ἀγίῃ.  
 Παναλκῆς θνητῶς ἐπιτάρραθ<sup>ο</sup> ὥς τε γένοιτο  
 Κάρλισον, συγερόν, παμφάγον εἰς τε λύκον.  
 Πᾶν γέν<sup>ο</sup> ἀνθρώπων ὀλέσαι θέλες ὀπλῖτα  
 καρτῦς,

Ἐν συγερωῖ θαινάτῳ, εἰν ἔσαιί τε μόρω;  
 Γλήνη δ' ἔρρε κακῇ: πατέων σε νίκησεν ἀοπλ<sup>ο</sup>,  
 Οἷς τ' ἥυχεις τέυχῃ σὲ διέδωκε πᾶις.  
 Ἀγγελ' αἰείδοντες χείρσ' ἐπινίκιον ἦδη,  
 Κἂν εὐαγγέλιον δεῦρο φέρῃσι ταχεῖς.  
 Ὑψόθι δόξα θεῶ ὑπὲρ θρανίοιο μελάθρ<sup>ο</sup>,  
 χρυσῇ τ' εἰρήνῃ ἐν χθόν' ἐνεργε πόλ<sup>ις</sup>:  
 Εὐδοκίῃ τε βροτοῖσιν ἀεζίχαρος μερόπεςσιν,  
 Ἀμφ' εὐεργεσίης παρ' μεγάλαιο θεῷ  
 Χαῖρ' ὦ τῶν θνητῶν πᾶι κύδιμε Χριστέ Σαῦτερ,  
 Σαρκοθεῖς ἄτης ἕνεκά μ<sup>ε</sup> τε Θεέ  
 Σῶ δὲ βροτῶν ὦ Χριστέ χορῶ συ ἱληθῇ θεοδῶν:  
 Ἡμῖν πενθαλεοῖς ἱρὸν ἄρηγε νόον.  
 Ἡμῶν τ' αὖξε πάτερ βιοδώτορ' ἐνὶ φρεσὶ πῶϊσιν  
 Εἰς ἡμᾶς θείσαν, ἀτρεφόμεντα πόλον.  
 Ὡς σε ἐκεῖ μάκαρες βασιλῇ' αἰνῶμεν ἔσαιεῖ:  
 Ἀγλαον ἰδόντες σεῖο πρόσωπον, Ἀμήν.

Christianus Veihell. (\*)

(\*) Tempori inservituri hanc meditationem elegiacam latino-græcam ex MS. vetere damus, fatentes de auctore nihil nobis constare.

Man-



*Mantissa loco subiungi meretur*

FRANCISCI PANIGAROLÆ (\*)

Echo in Christi natalem scripta.

*Hæc Bethlemitæ Pastoris verba referre*

*Audita est Echo, quæ iuga montis habet.*

*Quis natus? dixit, natus. Patrisne Iudæi?*

*Illæ, Dei. Verusne est homo? Dixit, homo.*

*Atq; hic, idem nonne Deus remanet: manet: estne*

*Ut Pater omnipotens? rettulit ista, potens.*

*Hunc quid de cælis duxit? Lis duxit, at istam*

*Dic utrum vincet? vincet, & ipsa refert.*

*Litis erat radix longæva? Eva, an mala? mala.*

*Num gula sic potuit? illa refert, potuit.*

*An puer hic fiet magnus? quæ reddidit, agnus.*

*Ipse ait hoc? ait hoc, cur ita clamat? amat.*

*Is maius nostro nunquid dare possit amor?*

*Reddidit illa nihil quam gemebunda, mori.*

*Hoc faciet? faciet, moriens? Oriens, Deus ille?*

*Heus ille, est forsitan causa tua? ausa tua.*

*Diligere hunc ergo par est super omnia Christum?*

*Istum, nonne Deum? Dixit, eum, & tacuit.*

*Tom. I. Fasc. III.*

V v

XII.

(\*) Mediolanensis hic fuit, nobili genere natus, Ord. Franciscani, tandem Episcopus Astensis, Sæc. XVI, clarus, concionator ex paucis, vid. Erythræi Pinacothecæ P. I. p. 81. seqq. Exhibetur hæc Echo, & ob compositionis elegantiam laudatur, in Reusneri Ænigmatographiæ P. II. p. 191. seq. & in Poetica Giessensi p. 315. sq.



XII.

MALVM PVNICVM  
ILLVSTRISSIMO HEROI  
FRIDERICO GOTTHILF  
MARSCHALLO

DICTO GREIFF (\*)  
CVM PIIS VOTIS OBLATVM  
KAL. JAN. CID ID CC XXVIII.

a

I. M. G.

**H**Uc ades, O INGENS MAGNORUM GLORIA  
GRYPHVM,  
*Poma tua ferimus (quid enim tibi ferre queamus  
Nostrum, mancipio tibi qui debemur & usu?)  
Punica mala tua ferimus tibi ab arbore sumta,  
Munera eo spernenda minus, quo varius illa  
Spectavit quisquam nostris adolescere in oris.*

*Sed*

---

(\*) Illustrissimum hunc Heroem, Serenissimæ  
Domus Saxo-Vinariensis Supremum Palatii  
Magistrum, Consiliorum Principem, Cancel-  
larium, cætera, verum nostri ævi literarum  
ac literatorum Mæcenatem ubique celebrari,  
constat; ac præter Vinarienses viros doctis-  
simos, Io. Matth. Gesnerum, carminis huius  
elegant-



*Sed si plena forent granatis omnia malis,  
Ut Byzantinis submisit millia Pontus,  
Munera digna tamen magno quoq; rege putari,  
Exemplo infelix claro, Paulline, fuisti.  
Quam velit hic, retinere sibi sua munera regem;  
Aut tibi servasses, Eudoxia, dona mariti;  
Ipse aut quam dominae non prodere munera vellet?  
Felices omnes! si quae MARSCHALLIVS*

HEROS

*Vnus complexus decora est, his singula adessent:  
Celsa mente procul rex suspicione remotus;  
Candida si regina, dolumque perosa fuisset;  
Si circumspecta solers Paullinus ab arte.*

V v 2

*Punica*

elegantissimi auctorem, & Io. Christ. Cole-  
rum, in Anthologiae Tom. I. Fasc. I. p. 57 — 72.  
coll. dedic. aliosque, illustres laudes & me-  
rita MARSCHALLI, conjunctaque cum fa-  
vore erga literatos, exacta optimarum litera-  
rum peritia, multos quoq; extra Vinariam vi-  
ventes, clarissimos viros, invenerunt praecones,  
ex quibus nominatim iam Heumañum laudare  
iuvat, qui Poecilē illi suam ante hos ipsos sex an-  
nos digna lectu dedicatione consecratum ivit.  
Vnde prorsus confidimus, pace incomparabilis  
huius Mæcenatis fieri, ut carmen hoc voti-  
vum doctissimi clientis sui, nostræ quoq; col-  
lectioni, tanquam insigne illius, ob perillustre  
& venerabile MARSCHALLI nomen, futurum de-  
cus, inferatur; ac fore, ut publice id extans non  
minus



*Punica Achaemeniis gratissima dona tyrannis  
 Munera lata, fidem Darii vota merentur,  
 Qui sibi Zopyria totidem virtute fideque  
 Corda dari optabat; quot se turgescere granis  
 Pomum forte datum patulo ostendebat hiatu.  
 Tot sibi nempe velit GRYPHOS contingere  
 Princeps,*

*Quo saluo saluam sua se Vinaria gaudet.*

*Quid memorem reges? hominū rex atq. Deorum  
 Non aliud tenuisse manu, reginaque Iuno,  
 Sunt visi in statuis pomum. Venus ipsa Cytheres  
 Punica plantavit Carthagine vecta per hortos,  
 Quamque potest vicina suae cupit arboris esse.  
 Laetius hinc nusquam videas adolescere myrtos,  
 Quam si puniceae propius tangantur ab umbra,  
 Radicesque adeo miscendi copia detur.  
 Palladis haud alio tantum arbor amore calescit.*

*Hoc*

minus is probari sibi benignissime patiat, quam illud, quo Fabulam Gryphum in Chrestomathia sua Pliniana sect. CVIII. p. 863. sqq. iucundissime cecinit idem Cl. Gesnerus, cui & tum pro aliis, tum pro hoc ipso, quod bona forte cum eius venia, tempore hoc minime alieno hic repetimus, benevole nobis transmissio ab eodem carmine publicas agimus gratias. Commodum illud nobis allatum est, cum antecedentes Elegiae prelo exirent, adeoque vel ob temporis rationem subiungi id illis optime posse rebamur.



Hoc apud infernum inuitata Proserpina regem  
Quae ferri melius fuerat, ieiunia soluit.  
Ergo legiferam matrem placare volentes  
Punica religio est matres attingere poma.  
Tale an Eris quondam proiecerit impia malum,  
Dicere non ausim: sed si proiecit, ab isto  
Nomen habent Granata, intus quae semina  
mortis

Constipata vomunt Vulcano tacta per auras.  
Nec satis est diuūm. Maia tibi nate, vetustū  
Hoc pomum, latebras animi coecosque recessus  
Signantes, tribuere, & capsis mille repostam  
Materiem dicendi, atque argumenta probandi.  
En capitis, MARSCHALLE, tui vel cordis  
imago.

Ergo tam superis cum sint iucunda, coronam  
Punica mala gerunt merito, non flore caduco,  
Sed pulchrum exornante caput: sic nascitur una  
Cum fructu flos, & fructus cum flore fatiscit.  
Plenior ast ubi flos, ubi rubra balaustia fulgent,  
Hic fructum speres frustra: sed flos tamen ipse  
Fructus instar habet. Rhodii nouere coloni,  
Succo qui lanas quondam saturare balaust  
Prudentes, quaestum cuso iactare metallo  
Instituere. Laser sic iactauere Cyrenae,  
Aegyptus loton, tellus Phoenicia palmam,  
Baetica sic vrbs, cui tribuistis, punica, nomen  
Granatae, insigni vestrum conseruat honorem.



*Tenuior at cytinus foliis ubi flammeus exit,  
Spemque simul, fructusque adfert elementa no-  
uelli.*

*Nam quales virgo calathos labris tenuis implet  
Floribus, haud aliter calathos hic exsurgere flo-  
rem*

*Cernimus. Ast alter quantum durefcit & aret,  
Tantum alter molli turgescens corpore crescit.  
Prima virent, flauent media, ast extrema ru-  
bescunt.*

*A Phoebi quando radiis mitescere poma  
Incipiunt, molli sensim finduntur hiatus,  
Quaeque sinu complexa intus sua dona fouebant,  
Haec rupto corio spectanti offerre videntur.*

*Qualis, GRYPHIADVM BONA GLORIA  
MARSCHALLORVM,  
Intus quidquid habes, in commoda publica pro-  
mis,*

*Pectoris atque sacros miseris referare recessus  
Audes, teque frui inuitas bonitate volentes.*

*Viscera puniceum pomum granata recludit,  
Ordine sed descripta suo. Nam qualia cellis  
Millenis distincta fluunt aluearia melle,  
Talia per loculos videas disposita teneri  
Grana ope pelliculae, ciccum dixere vetusti.*

*Qualia grana sient, cognomine discito gemma.  
Vtribus his, circumque, per ipsaque grana, li-  
quorem*

*Solers*



Solers diffudit natura colore rubello,  
Quem triplici minimum inuenias differre sa-  
pore,

Aut acido, aut dulci, aut mixta utrinque sa-  
liua.

Sed, quicumque fuit sapor: est mortalibus aegris  
Mitior hic Bacchus morbi poenaeque Lyaeus,  
Nepenthes, tristi pellens de corde dolorem,  
Singultus domitor, gemitum, suspiria tollens,  
Bacchi munera cuncta, sed absque furore pro-  
pinans,

Seu Venerem furor ille furat, seu saeviat iras.

Fallor? an hic etiam tua mente recurrit imago,  
MARSCHALLE, & te digna tuo decerpimus  
horto

Munera? quot per te curarum mole soluti,  
Te dulcem laudant gemitusq; metusq; Lyaeum,  
Laetitiaque bonum, sana sed mente, datorem?  
Acri etiam quidam medicina conualuisse  
Se gaudent, & agunt illo tibi nomine grates.  
Nempe indulgentis medius, mediusque seueri,  
Prudens, qua sit opus, decernis, cuique medela.  
Ergo macte mihi tali esto munere, GRYPHUM  
MAXIME, musarum stator o columenq; piarum!  
Et quot turgescent plenissima Punica granis,  
Tot per fausta alium spes nostras profer in annum,  
Votivam & nostrae pietatis vince tabellam.



## XIII.

NOVA LITERARIA  
cum observationibus  
variis.

## PETROPOLI.

**S**untibus Academiae Scientiarum, in quarta forma, quindecim plagis, luci sunt expositi *Sermones in primo solenni Academiae Scientiarum conventu, die XXVII. Dec. Anni MDCCXXV. publice recitati.* (a) Dedicati sunt Catharinae Protectrici Acad. Scient. & Russiae Imperatrici, gloriosissimae nunc memoriae. Praefatio praefixa est, in qua memoratur, Academiam quotannis ternos con-

---

(a) Elegantem & fusam illi quidem recensio- nem nacti iam sunt in Actis Erud. A. 1726. p. 353. sqq. & exinde in Novis Liter. Krausianis, e. a. p. 744. sq. coll. p. 114. & 713. sq. Sed cum non infrequens sit, unum eundemque librum in pluribus Ephemeridibus descriptum legere; (vid. laudata Nova Liter. 1726. p. 266.) non veremur horum Sermonum, quo-



congressus publicos habituram, primum-  
que eorum, die S. Catharinæ agendum, ob  
impedimenta intercedentia d. 27. Decemb.  
1725. celebrari debuisse. Illustrissimam  
fuisse primam hanc Panegyrim, cui Seren.  
Dux Holsatiæ, Carolus Fridericus, Prin-  
ceps Regius, Gentis Ruthenæ Proceres, Vi-  
ri ex Senatu, Synodo, Aula & reliquis Im-  
perii Collegiis præcipui, ac exterorum Re-  
gnorum Administri & ad Augustam Lega-  
ti Excellentissimi, circumdati frequentissi-  
mo omnis generis auditorum choro, præ-  
sentiam suam indulserint. Sermones hos  
habuisse Professore Physicæ Experimen-  
talis, Georgium Bernhardum BÜLFFINGE-  
RVM, eidemque post recitatam de Longitu-  
dinum

quorum nobis copiam fecit Excell. Dn. Io.  
Laur. a Iemgumer Closter, recensionem, pri-  
dem, & antequam ea, quæ Lipsiensia Acta  
Erud. l. c. ornat, lucem vidisset, a nobis con-  
scriptam, postliminio hic exhibere, cum ce-  
leberrimi Bülffingeri oratio inter nova no-  
stra literaria debitum iure sibi vindicet lo-  
cum, quod ille magnum antehac Sueviæ &  
Württembergiæ suæ ornamentum fuit, nos  
vero subinde nonnulla Suevorum rem litera-  
riam illustrantia his nostris Novis liter. inse-  
rere nos velle, promissimus.



dinum problemate dissertationem, suo & Sodalium nomine respondisse Iacobum HERMANNVM, Matheseos sublimioris Professore. Sistere Academiam commentationes istas primitiarum loco, pleniorum quoque messem iusto tempore daturam. Scripta est 2. Ian. 1726.

Ipsa deinde sequitur Bülffingeri elegantissima & prolixa oratio, profundam meditationem & ingenium philosophico-mathematicum ubique sapiens. p. 3 *Primo* sermonis capite (ait p. 3.) breviter enarrabo, quæ literarum a primis in Europa initiis ad usque Academias scientiarum fata? quid Academia Scientiarum? quæ illius curæ? qui usus? quæ circa illas Fundatorum gloria? *Altero* capite specimen destinationum nostrarum methodique in scientiis versandi exhibebo, disquisiturus; an iam eos in Theoria magnetica progressus Eruditi fecerint, ut sufficientem nautico scopo solutionem difficillimi de invenienda Locorum Longitudine Problematis inde liceat reperere? (Id quod in sequentibus iucundissime pariter & doctissime 4. exequitur.) *Sex Periodos* constituit ad fata scientiarum tradenda & monstranda usque



que ad Academias scientiarum constitutas. *Primam* tribuit famosis Græciæ sapientibus; emicuisse in illis ingenium, sed 5. connitens demum; nullos habuisse duces, nullos patronos. *Secundam* Epocham inde ab illis fluxisse longissimam; fecundam ab initio, sed minus puram, in progressu sterilem, ultimo desinentem in vocabularias lites & barbariem. *Tertiam* inde se oriri, ait, ubi suas scien- 8. tiis curas & patrocinium Imperantes indulgere: in medio enim fere eius intervalli, quod Platonem inter & nos intercessit, publica etiam auctoritate cogi Societates Literarias coepisse, docendis excolendisque omnis generis disciplinis destinatas, Academias dictas; septimo sæculo Cantabrigiensem, octavo Parisinam, &c. erectas esse. Sed hoc intervallo nec iuventutem, spinis nutritam, & mentem chimæris pastam, ad 10. usum idoneam factam esse publicos, nec disciplinas liberales inventis auctas certis & utilibus. *Quartam* periodum excelsiora quædam superiori sæculo ingenia, inchoare, quæ ausu tantum non heroico perfringere positos auctoritate & con-



consuetudine limites sustinuisſent. *Galileum* hic primum appellat, Virum ingenio & meritis magnum; eiusque synchronum *Ioh. Keplerum* ipſi iungit, quibus universale illud *Carteſii* ingenium ſucceſſerit; qui omnes diſciplinās philoſophicas (theoreticā, phyſicā nempe) & mathematicas novis ditarint inventis iisque præſtantioribus. Sed ſocietate illos invicem etſi privata tantum coniunctos malle ſe ſpectare, eiſdemque in unum coëuntibus, *Quintam* ſcientiarum periodum abſolvere. In Gallia primum Societatis exemplum præbuiſſe MERSENNVM, ineunte ſæculo ſuperiori; apud quem iam 1610. viros ingenio & doctrina præſtantes, qui mathematicam & phyſicā inprimis excoluerunt, cum libitum fuerit, conveniſſe, memoriæ proditum ſit, inter quos *Gaſſendus*, *Carteſius*, *Hobbeſius*, *Robervallius*, *Paschalis* uterque, Pater & filius, *Blondellus*, alique fuerint. Similiter deinceps apud Illuſtriſſ. MONMORTIVM, atque D. THEVENOTVM publicos eiſmodi eruditorum congressus fuiſſe celebratos. Veriſimile eſſe, hac occaſione celeberrimas Academies



mias passim profeminatas esse ; Oxoniensem, secundum Hamelium, exemplum a Gallis sumsisse, de disciplinis physicis perficiendis sollicitam. Sed quia illis ( sola Academia Florentina excepta, quæ magni Hetruriæ Ducis auctoritate fundata, & magnorum virorum fœcunda, Torricellio, Borello, Redi, Bellino, & aliis gloriosa sit ) Principum favor & auctoritas adhuc defuerit, hinc *Sextam* periodum *Caroli II.* Regis M. Britanniae auctoritatem inchoare, qui societatem Oxonio *Londinum* transtulerit, privilegiisque auctam suis, ex privata Regiam fecerit. Paucis postea annis, 14 æmulam Galliae Regis Ludovici magni munificentiam, annitente Illustriss. *Colberto*, Academiam Scientiarum novam *Lutetiis Parisiorum* A. 1666. condidisse, auctam privilegiis non modo, sed fundo etiam faciendis experimentorum impendiis destinato, stipendiisque sociorum, & viris compositam selectis plane & præstantibus, quæ plurimum ad progressus scientiarum physico - mathematicarum contulerit, maxime ex quo virilem ingressa ætatem novis regi legibus



bus cœperit, anno ætatis suæ trigésimo tertio, superioris sæculi ultimo; cui nisi PETRVS (Russorum Imperator) nomen dare suum dignatus fuisset, nulla ab alieno facto gloria posset accedere. Secutam esse Anglicanæ instituta Societatis BORUSSICAM, FRIDERICI, Borussia Regis magnanimi, auspiciis, sub ipsum huius sæculi ingressum, erectam, scopo cum prioribus eodem, nisi quod  
15 ex potentissimi auctoris voluntate, humaniores etiam literas suo complecti ambitu teneatur. Ad Parisinæ exemplum proxime NOSTRA accedit, (ait cel. Bülfingerus) incomparabilis PETRI Imperatoris consilio ordinata, & magnæ Catharinæ munificentia eousque perducta, ut ipsa hac Panegyri inchoare publicos congressus possit. Pergit dein orator noster ad enarrandam indolem Academiae Scientiarum, officiaque & usus eius describenda. Deno-  
,, tat eo nomine Collegium, quod di-  
,, visa inter plures, sed communi consi-  
,, lio agentes, opera, perficiendis pro-  
,, pagandisque, & applicandis ad usum  
16,, scientiis pro cuiusque disciplinæ  
genio



genio seriam constantemque curam „  
impendit. „ Singula huius definitionis  
membra ulterius deinceps deducit & ex-  
plicat. De comodo eiusdem hæc subiun- 21  
git: neque istud tantum, inquit, Socie-  
tatis commodum est, ut admonentibus  
hortantibusque amicis, noris, cui maxi-  
me rei operam addicere tuam conve-  
niat: maius illud & præstantius est, 22  
quod in ipso opere, utcunque res ce-  
dat, opem a Sociis expectare licet in-  
telligentibus & amicis. Dicam id *in*  
*exemplo*, quale frequentius obtinget. Lu-  
beor ego argumentum attentione di-  
gnum excolere: applico animum in-  
quisitioni, sed hæreo; docet amicus:  
erro; corrigit: despero; redarguit: len-  
tius ago; urget: præcipito; retinet. Si  
quid felici casu, aut fortuna duce asse-  
quor; confirmat ille rationibus: præ-  
stat ipse egregium aliquid; applaudo  
ego, & novo ad similia connitor stimu-  
lo. Equidem nisi hoc modo scientiæ  
altius evehantur; nescio ego, quomo-  
do id sperari amplius possit. De pro-  
pagatione porro agit. Academicæ huic 25  
Societati duplicem scientiarum propaga-  
tio-



tionem incumbere, ait; alteram, qua cognitas antea doctrinas iuventuti inculcare fideliter laboret; alteram, qua veritates, sive speculativas, quas vocant, sive practicas, sua erutas industria, vel cum Eruditis promiscue, vel cum iis, quorum in Republica interest, dilucide  
27 communicet. De usu multiplici deinceps disquirat prolixè, exemplis ex scientiis petitis, iisque manifestissimis. Certum est, ait, illunes apud nos noctes non ideo illustriores esse, quoniam sæculo abhinc *Simon Marius* (b) Germanus, primo, deinde *Gallileus* eodem fere tempore observavit stellam quandam ex Planetarum numero, quam Iovis nomine indigitamus, gaudere Lunulis quatuor, visui etiam acutissimo, nisi tubis armetur, non conspicuis, varios inter se situs motusque habentibus, (quæ Iovis satellites appellari soleant.) Præsidem Academiae Virum Illustrem esse, ait, Dom.  
38 Laurentium *Blumentrost*, Medicum Augustæ Imperatricis primarium. Ibidem de sua methodo, qua physicam scientiam

---

(b) vide, quæ nos ipsi de Sim. Mario annotavimus in huius Sylloges Fasc. II. p. 446. sqq.



tiam perficere in posterum studere velit,  
agit: naturam se *interrogaturum*, & *au-*  
*diturum*; interpretes machinas & sub- 46  
sidia experimentis necessaria se quoque  
adhibiturum esse. Deinde de *Bibliotheca*  
numero æque & selectu commendabili;  
de *Museo* rarioribus naturalibus ex omni  
terrarum ambitu refertissimo; de *instru-*  
*mentorum* arte & magnificentia spectabi- 48  
lium apparatu; de omnis generis *numis-*  
*matum* & *antiquitatum* rara collectione;  
de *Thesauro pro re anatomica Ruyschiano*,  
quædam subiungit, quæ omnia Petri  
& Catharinæ munificentia Academiae  
usibus pateant, laudatque hinc huma-  
nitatem Celeb. *Schubmacheri*, Augustæ  
Imperatricis Bibliothecarii doctissimi.  
Tandem de Petri & Catharinæ rebus  
præclare gestis pro dignitate agere se  
posse negat. Habuimus Imperatorem, si  
inquit, quibuscunque illum modis in-  
tueare, magnum. Oportere Regem esse,  
& Petro similem, si quis animo velit  
concipere concentum illum diversissi-  
marum regnandi artium. Nonnisi Se-  
natores Imperii, eiusque Administros,  
Classium Duces, sanctissimam Synodum,

Tom. I, Fasc. III.

X x

&amp;



& eos, qui maximis ipsi virtutibus emi-  
 54 neant, iudicare de Petro & Catharina  
 posse. (NB. Elegantissima figura rhe-  
 torica hos omnes alloquitur, ut ipsi iu-  
 55 dicent.) Ad extremum nomine Acade-  
 miæ, bene precatur, & operam inde-  
 62 fessam spondet. P. 62. sqq. Problema at-  
 tingit, de quo supra. P. 75. ait: Accidit in  
 machinis, quod in moribus: *Scribuntur*  
*hæc, leguntur hæc; & lecta negliguntur.* (c)

\* \*

Atque hæc est ipsissima recensio mea ora-  
 tionis Bülffingerianæ, mense Iunio exeun-  
 te, & Iulio ineunte A. 1726. (ita me ve-  
 ritas amet!) exarata, quæ si in quibusdam  
 locis quoad verba fere cum ea conspiret,  
 quam in Actis Erud. reperiri, supra mo-  
 nui, L. B. sciat, factum id inde esse, quod  
 in utraque descriptione, ipsa interdum cel.  
 Bülffingeri verba consulto retenta sunt;  
 id

---

(c) Vtinam hoc vitium in literis earumque cul-  
 toribus non æque frequenter observaretur!  
 Quo de argumento fortassis alio tempore  
 nonnulla commentabimur, consiliumque in  
 medium proponemus, quomodo aliqua ex  
 parte tolli illud vitium, & obstacula varia  
 removeri utcunque possint.



id quod inspicienti exemplum ipsum facile patebit. Cætera, quæ laudatus Professor Petropolitanus in altero sermone, orationi subiecto, eruditissime de Longitudinum problemate differuit, quæque suo & Collegarum celeberrimorum nomine, acutissimus Iac. Hermañus ad illa respondit, ea in Actis Erud. tam accurate recensita quoq; sunt, ut lectores iure meritoq; eo remittendi videantur.

## HALAE MAGDEB.

De novis destinationibus, quæ auspiciis Serenissimi & Potentissimi Borussiae Regis, in hac celeberrima Academia, ad incrementa studii Anatomici magis magisque promovenda, suscipi in posterum debent, liceat hic transcribere, quæ sub finem anni proxime elapsi, in *Novellis politicis hebdomadariis* (\*) quæ Gallico idiomate Lugduni Bat. evulgantur, No. 102. his verbis leguntur.

*De Halle le 12. Decembre.*

*Le Roy de Prusse nôtre trèsgracieux Souverain, ayant fort à coeur l'Avancement de l'Etude Anatomique, le bien de ses Etats en general, & celui*

X x 2

(\*) Eiusmodi novellarum publicarum originem nuperrime indagare studuit Cl. Heumannus in Pœciles Tomo II. Lib. IV. p. 522. sqq.



celui de cete Université en particulier, a fait bâtir ici depuis peu un nouveau Theatre Anatomique, dont l'Inauguration se fit le 6. du courant, par un très beau Discours, que Monsr. George Daniel Coschuvvis Professeur Ordinaire en Medecine, Anatomie & Chirurgie, prononça sur l'utilité & la necessité de l'Etude Anatomique, avec l'Aplaudissement general de tout son Auditoire, qui étoit composé des Principaux de cete Ville & d'un grand nombre d'Etudians; Ce Professeur commença en même tems les Demonstrations Anatomiques, par la Dissection d'un Cadavre Masculin; Et afin qu'il ne manque rien pour pousser cete Etude avec succès, Sa Majesté Prussienne a donné des ordres très exprés, que ce nouveau Theatre soit pourveu pendant tout l'Hyver de Sujets suffisans, qui au defaut d'autres lui seront livrés des Hôpitaux de cete Ville, d'où l'on a même deja receu 2. Corps, l'un Masculin & l'autre Feminin; Desorte que les Etudi-ans, qui auront dessein de se pousser dans cete Etude, pourront desormais le faire avec beaucoup de succès, sous la direction dudit Professeur Coschuvvis. On a creu faire plaisir au Public, de lui faire part de ce nouvel Etablissement, qui ne peut qu'être d'une fort grande utilité pour Mrs. les Etudians en Medecine.

HA.



## HALAE SVEVORVM.

Io. Sleidani Commentariorum de statu Relig. & Reip. Carolo V. Cæsare, Libri XXVI. cum eandem mereantur operam, ac ea est, quam Cl. Geisthirt in Historiam *Sleidani de quatuor summis Imperiis* describendam (\*) impendit, hanc lubet tecum L. B. communicare notitiam, Sleidani Commentarios A. 1555. Argentorati bis excusos esse in Wendelini Rihelii typographica officina, ita, ut editio princeps in folio, aliaque eodem anno in 8v. prodierit.

Vtramque possideo, sicut & aliam A. 1555. in 8. sine loci mentione, impressam, atque ad exemplum, ut apparet, editionis alterius Argent. in 8v. conformatam, & hæc quidem editio invito exiit Sleidano, qui duabus ex officina Wendel. Rihelii in fol. & 8v. A. 1555. prodeuntibus editionibus, typographorum avaritiæ obicem, velut in antecessum, positurus, admonitiunculam præfixit, quæ una & eadem est in utraque Argent. 1555. expressa. Postquam vero eo-

Xx 3

dem

(\*) vid. Nova Lit. 1726. p. 807. Excerpta Novell. Coburg. 1726. p. 252. Heumanni Pœcile, T. II. L. IV. p. 521. coll. p. 538.



dem Anno 1555. aliena emergeret; Mense Augusto sequentis Anni 1556. aliam procuravit editionem ipse Sleidanus, Argentorati in 8v. cui aliam a priori admonitionem, expostulatoriam scil. præfixit, quæ & in editionibus Argentorati 1557. 8v. item 1558. in 8v. ibidem, item 1559. Argent. procusis, adhuc reperitur. Apologia vero Sleidani primum omnium in editione Argentor. de A. 1557. 8v. comparet. Quapropter L. B. monere hic liceat, sperare me posse ex voto Casp. Sagittarii, in Introd. ad Hist. Eccles. Cap. XI. §. XII. p. 116. in recensendis, distinguendis, notandisque quamplurimis Sleidani Comment. editionibus, adde & nonnullis eius operis versionibus describendis, eandem, quam Io. Petrus Titius Thuano præstitit, operam Sleidano quoque, qui id eodem iure promereretur, commodare; cum a me longe plures editiones, quam Sagittarius & Schmidius in Contin. Introd. Sagitt. p. 115. 116. (quorum tamen, uti & aliorum, operam in iis describendis gratissimus agnosco,) hucusque exhibuerunt, collectæ sint. Forte erit tempus, εαν ὁ Θεὸς θελήσῃ, καὶ ζήσωμεν, & si hoc institutum eruditibus non omnino impro-



improbari sciam, ut labori, quem vere laborem dixeris, a me ab aliquo tempore suscipi coepto, (cuius propositi Fautorem quendam æstumatissimum, participem per literas reddideram) ob varia autem intervenientia impedimenta seposito, me de novo accingam, postquam observavi, Cl. Tenzelium in Colloq. mensuris 1694. M. Maio, p. 348. idem votum Sagittarianum repetere, & existimare, eiusmodi operam conferendis Sleidani editionibus impertiendam, egregie admodum inservire posse novæ eique pulchræ horum Commentariorum ad A. 1680. continuandorum editioni, quam sub prelo sudare, audivisse se; ait laudatus Tenzelius, quæ vero, nescio cur, adhuc publici iuris non est facta. Præter hanc tot editionum accuratissimam descriptionem, animus sederet, exhibere cum cura quarumvis lectiones variantes, Varillafii quidem commentò à Cel. Hardtio iam explosò, apud Seckendorf. in Hist. Luther. parum ponderis addituras; præmittere item, quantum fieri posset, accuratam, cæterisque, quas habemus, verbosiorum de vita, scriptis & meritis Sleidani, ex historia illorum temporum illustrandam commentationem, denique sub-

iicere



icere haud paucas, sed non nimis prolixas annotationes ad laudatos Sleidani commentarios, ex quibus nonnullæ margini mei exempli, quo uti soleo, olim sunt adscriptæ, publico haud sane invidendæ. Prodesset quoque Continuatorum eius recensionem ampliorem adiungere, cumque Io. Serranus in suis commentariis ostendat, se suo modo in eorum classem referri, haud sane abnuere, alienum fortassis haud foret, illam notitiam, quam Cel. Le Long in amplissimo opere Bibliothecæ Historicæ Galliæ, gallico sermone edito, de iis suppeditat, accessionibus nonnullis illustrandam, pace lectorum adiicere. Ipse certe Serranus in summa rerum Partis I. libris tribus prioribus præmissa, ab eo, inquit, tempore prope incipiamus, in quod Io. Sleidanus Vir doctiss. suos de Reip. & Relig. statu commentarios desit. Alia, quæ huic instituto accedere possent, non inutilia, nec iniucunda, v. g. Epistolæ Sleidani variæ, brevitatis gratia nunc omitto, id potius indicaturus, me quoad paginas remissurum esse lectores ad eam Sleid. Comm. editionem, quæ ex officina Theodosii Rihelii in 8v. sine mentione anni, Argentorati, prodiit, & ob copio-

pio;



piofissimas notas marginales, aliaque usui accommodatissima est, cuius generis tamen & ipsæ duæ editiones, externa specie sibi simillimæ, discrepantia tamen quadam, a paucis forte dignoscenda, diversæ, prostant. Hac mea, quam innuo, editione, ex tot aliis mihi familiari, qui instructus est, is multum commoditatis sentiet in Lutheranismo Seckendorffii legendo, utpote quem eadem usum esse, collatio paginarum evincit. Alias mea hæc id habet peculiare, certe haud parvi æstimandum, quod, præter notas margini a viro quodam historiarum peritissimo, olim allitas, in titulo quoque splendorem sibi conciliat ab incomparabilis Viri Frid. Hortlederi scriptura, manu sua exarata; veneror enim ibi hæc verba:

*Sum Friderici Hortlederi Amfurthensis.*

## ALTORFII.

Lucem tandem vidit cel. *Feuerlini* eximius aliquot annorum labor, cuius fructum & me ex parte tulisse præstantissimum, cum Altorfii literarum causa versarer, gratissima mente etiamnum profiteor. Prodiit enim ibi in forma, quam patentem dicere  
con,



consuevimus, *Cursus Philosophiæ Ecclē-  
ticiæ*, h. e. *Historia Philosophica, Arithmetica,  
Geometria, Physica, Pneumatica, Theologia  
naturalis, Ontologia, Logica, Critica, Didac-  
tica, Ethica, Iurisprudentia naturalis, Pru-  
dentia publica & privata*, XXXVII. Tabu-  
lis, iisque paulo plenioribus, & II. Tabulis  
Figurarum ænearum, in usum auditorum deli-  
neatæ a IACOBO WILHELMO FEVER-  
LINO, *Philosophiæ primæ & rationalis Pro-  
fessore Altdorfino*. Altdorfii, sumtibus Auto-  
ris, prostat Norimbergæ apud Iul. Arnold  
Engelbrecht. An. M. DCC. XXVII.

Aversa tituli pagina sistit Indicem  
XXXVII. Tabularum. Speciminis loco  
iuvat ex Tabula ultima, quæ *Prudentiam  
privatam* in nucleo exhibet, elegantem *Stu-  
diosi* descriptionem excerpere, eamque, tan-  
quam optimum *περπεμπτικόν*, optimis au-  
ditoribus meis commendare, qui post ali-  
quot hebdomades, ex Classe nostra Selecta,  
cuius curam & moderamen Inclyti Sena-  
tus nostri auctoritas biennio abhinc be-  
nignissime mihi commisit, Academias, ad  
capessendum uberiores ingeniorum cul-  
tum, Deo duce salutaturi sunt.

STV.



**STVDIOSVS**, qui in *Academiis* ex plurimis omnigena eruditionis subsidiis proficere, & innumeras *Syrtes* præternavigare feliciter cupit, *Fines* sibi proponat atque assidue observet, solidam adipisci eruditionem, nec minores facere in virtute ac bonis moribus progressus: hac enim ætate consuetudines adsciscuntur per omnem vitam vix rursus deponenda.

**E.** ante accessum solícite exploretur, an aptus sit studiis scholasticis, imprimis latina lingua satis instructus, an bene moratus, an sumptibus necessariis gaudeat; pauper non accedat, nisi ingenio, scholastica eruditione & moribus excellat; ineptus omnino arceatur, male preparatus & moratus non sine ephoro mittatur, qui etiam optimis iuvenibus mirum quantum conducit.

**In** *Academia* nullam prætermittat scientiam, quæ vel ad præparationem, vel ad *Theoriam* & *Praxin* studii sui principalis, vel ad ornatum pertinet, quorsum linguas & exercitia refero.

*Audiat* *Professores* in quavis arte excellentes sine interruptione, bono ordine, ut spatium habeat meditandi atque legendi, de dubiis conferat cum eruditis in conversatione & exercitiis disputatoriis.

*Non*



*Non sit facilis in admittendis ad familiaritatem concivibus, evitet familiaritatem sexus feminini, quibus pecunia, studia, honor, sanitas, vita pereunt; raro ludat, conversetur cum paucis honestis commilitonibus.*

*His obstaculis remotis faciles erunt in religione omnique virtute progressus, quarum fundamenta altius rimabitur cuiuscunque Facultatis Studiosus; longe facilius erit esse bonum civem.*

*Decori eo magis habeat rationem, quo magis exosi sunt mores plerorumque studiosorum. E. conversetur cum viris decori peritis, regulas decori saepius repetat, seque ad easdem examinet.*

*Ex Academia non facile sine speciminibus discedat. v. prater plures Institutiones Vitae Academicae, Makarii Collectio Monitorum paternorum ad filios Studiosos.*





VIRO  
*Nobilissimo, Amplissimo atque*  
*Gravissimo,*  
DOMINO  
IOANNI IACOBO  
BEYSCHLAGIO,

S. R. I. Liberæ & Inclytæ  
Reipublicæ Suevo-Halenſis

SPLENDIDISSIMO SENATVI  
per plura annorum lustra  
*a Secretis,*

Et hoc ipſo die, quo huic Fasciculo  
Patronum, cui eum dedicaturus eram, quæ-  
ro, a Spectatiſſimis Patriæ Patribus in Incly-  
tum Senatorum Ordinem non ſine ſin-  
gulari auspicio & omine  
cooptato,

*Parenti meo optimo, & innumeris in-*  
*de ab ineunte hoc, quod vivimus, Seculo, collatis*  
*liberaliſſime in me beneficiis plus quam pater-*  
*nis, de me longe meritiffimo, atque*  
*etiamnum optime merenti,*